

**Hippokratous peri trophēs biblion = Hipp. libellus de alimento / a Steph. Gormeleno ... e graeco in latinam conversus, et commentariis illustratus.**

### **Contributors**

Hippocrates.  
Gourmelen, Etienne, 1538-1593.  
Hippocrates. De alimento.

### **Publication/Creation**

Parisiis : Apud Nicolaum Chesneau, 1572.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/x2t9fmz3>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



МЕМОРИ

1572

ГОНТАР

1535














~~Book~~  
A N d 28<sup>th</sup>



*In. Lewis Petit M.D.*  
*Coll. Regal. Med. Lon. Soc. S.R.S & S.S.A.*







h/

1871

16+

65454/A

N. 5. 22

John Louis Pelt,

MEDICAL SOCIETY  
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

HIPPOCRATES



XV,



# ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΗΣ,

βιβλίον.

HIPP. LIBELLVS DE  
ALIMENTO, A STEPH. GOR-  
meleno Curiosolita, Doctore medi-  
co Parisiensi, è Græco in latinum cō-  
uersus, & commentariis illustratus.



ROYAL MEDICAL  
SOCIETY OF  
PARIS

PARISIIS,

Apud Nicolaum Chesneau, via Iaco-  
bæa, sub scuto Frobeniano,  
& Quercu viridi.

M. D. LXXII.









CLARISSIMIS DOCTO-

RIBVS MEDICIS NICOLAO

Magno, Symoni Petræo, Francisco  
Brigardo, & Iacobo Carpentario  
amicis suis, Stepha. Gormelenus.

S. P. D.

**I**N librorū Hippocratis nu-  
mero, primum fere locum  
multis nominibus iure sibi  
vindicare potest, Libellus  
qui *Ἐκ τῶν Ἱπποκράτους* inscribitur: quem scripse-  
rat Hippocrates, vt verisimile est, vel  
sibi soli ad iuuandam memoriam vel  
*μαθηταῖσι συγγραμμοῖς τε καὶ ὀρχισμῶν  
νόμῳ* in *Ἰνδικῶ*. Hunc valde inuolutū à ne-  
mine (quòd sciam) hætenus explicatū  
cum ab hinc triennium in Schola nostra



## EPISTOLA.

*Medica publicè interpretarer : perspe-*  
*xi in eo multa utilissima quidem, &*  
*scitu dignissima, de iis quæ tum sanis, tū*  
*agris ex alimentis & eorundem excre-*  
*mentis accidere solent, laconismo quodā*  
*descripta: adeò sanè obscura & inuolu-*  
*cris obiecta, ut ænigmata prorsus esse vi-*  
*derentur : & quæ ut intelligantur vel*  
*O Edipum, vel Delium quempia nata-*  
*torem, non minus quàm σκοτεινὰ He-*  
*racleti scripta, requirant. Ego tamē eius*  
*libelli maxima utilitate commotus, ma-*  
*iore profectò conatu & volūtate, quàm*  
*ingenio (in magnis enim, ut dici solet, vo-*  
*luisse sat est) tentavi, ex multis quæ Hip-*  
*pocrates de industria ad profanum vul-*  
*gus à medicina sacris arcendum inuol-*  
*uerat, quàm brevissimè potui, ἀμαρτέτερον*  
*καὶ σαφέτερον ea explicare, quæ medi-*  
*cinae studiosos in illius diuini opusculi*  
*lectione retardare ac impedire possent.*



EPISTOLA.

*Qua in re tamē ipse mihi non assentiar,  
nisi meum hunc laborem comprobetis.  
Nā quum omnes philosophia & Me-  
dicina secretiores recessus ex quibus hu-  
ius libri explicatio peruestiganda erat,  
assiduo & indefesso labore exploratos,  
& medendi peritiam diuturna experiē-  
tia comparatam habeatis, vestro iudicio  
merito stare decreui. Valete Parisus sep-  
timo Cal. Februarij. 1572.*

ā iij





εἰς ἀναγνώσῃν.

Ἡπῖος ἰηβῶν ὁ πατήρ, σωτήρ τε πονούντων  
Ἰπποκράτης ἡμῖν φρίν ποτ' ἔδωκε τροφήν·  
Μικρὰν καὶ πολλήν, στερεὰν καὶ πᾶμπαν ἀτειρήν,  
Ἦν μινδ' ἠφαίψ' ὄξυς ὀδὺς ἀλέοι.  
Ἀλλ' ὁ μὲν εὖ δεδαῶς κῶς τὸ νόημα γέροντος,  
Γορμελενὸς ταύτην παισὶν ἔθηκεν ἔδειν.  
Τέκνον ἀκετοείης, σὲ πῖμπλαψ' ἐδέσματι  
θυμόν.

Καὶ χάριν ἐμπληοθεῖς ἀμφοτέροισιν ἔχε.  
N. Γ8λ. Γαμβ. Αὐρ.

Idem latinè

*Ægrorum ille salus, lenis pater ille medentum  
Hippocrates, nobis hæc alimenta dedit.  
Pauca & multa simul, sed dura nec vñsibus apta:  
Quæ nec dente suo Mulciber ipse terat.  
At qui sensa senis callet penetralia Coi,  
Gormelenus pueris apta parauit edi.  
Tu medicæ nunc artis alumne, salubribus escis  
Vtere, & amborum nomina gratus ama.*






Ad eruditissimum & optimum  
doctorem Medicum Steph.  
Gormelenū Curiosolitam.

Est verè medicus peritus vsquam,  
Qui quantum varia eruditione,  
Artis Pæoniæ inclytâque laude,  
Tantum relligione Christiana,  
Et vitæ officiis, fidéque præstet?  
Totum Gormelene hoc decus mereris:  
Tu, qui præcipua fidelitate  
Morbo præcipites tetrus ab orci  
Seruas faucibus, inuidens Charonti.  
Viua voce doces, stylóque acuto  
Abstrusos referas sagax recessus,  
Et mētem Hippocratis, Galenus alter.

N. GVL.  
Gen. Aur.











STEPH. GORME.

LENI CVRIOSOLITAE PA-  
*risiensis medici in libellum Hipp. de*  
*Alimento, Præfatio.*

**Q**VVM de commodis om-  
 nibus atque incommodis  
 quæ ab alimentis proue-  
 niunt, necnon de fanis &  
 ægris corporibus quate-  
 nus ad ipsorum alimentorum excre-  
 menta attinet, hoc libell. de alimento  
 differat Hipp. vt testatur Gal. non erit  
 alienum, vt ea quæ obscure eodem li-  
 bell. scripta sunt, facilius intelligi pos-  
 sint, de ipsius alimenti natura & diffe-  
 rentiis, item de excrementorum gene-  
 ribus & qualitatibus quædam breuiter  
 prænotare. Est autem alimentum pro-

*Lib. de Ops.  
 corporis con-  
 stitutione  
 cap. 4.*



P R A E F A T I O

*a* Cap. 4. lib.  
2. de anima.

*b* Lib. 1. fa-  
cul. nat.  
*c* probl. 43.  
Sect. 1.

*Gal. lib. 3. de*  
*temp. & cap.*  
*1. li. 5. Simpl.*

prie quo corpus nutritur, ex sententia  
Aristotelis: siue quod iam patiendo nu-  
trit, & corpori assimilatum est vt ait<sup>b</sup>  
Gal. id est vt Aristoteles alio loco<sup>c</sup> scri-  
bit, quod à natura concoctum corpori-  
bus accessit & adhærescit. Impropiè  
verò siue (vt aiunt) æquiucè & maxi-  
mè remotum alimentum dicitur, quod  
assimilari corpori quod nutritur po-  
test, & à natura nostra vinci, atque ean-  
dem postea augere. In hoc autem nu-  
trimenti genere, medicus quatuor po-  
tissimum considerare debet, substantiã  
nimirum, quantitatem, qualitatem &  
vtendi rationem: ex quorum quatuor  
varietate, multa tum sanis tum ægris  
corporibus superuenire solent. Alimen-  
ti igitur substantia (de qua primò dicen-  
dum est) in eiusdem forma & materia  
consistit. Forma verò siue potius ipsius  
formæ proprietas, non solum in alimẽ-  
to, sed etiam in rebus cæteris, tota sub-  
stantia, & totius substantiæ proprietas  
à medicis appellari solet, secundum  
quam substantiæ proprietatem, vnum-  
quodque animans conuenienti, fami-



liari & dulci alimento, gustu vel odora-  
tu vel utroque deprehenso nutritur, ut  
pluribus locis demonstrat <sup>a</sup> Gal. Hanc  
eandem substantię proprietatem <sup>b</sup> Ari-  
stoteles, & hoc aliquid, & substantiam  
vocare videtur: ob cuius substantię pro-  
prietatis copiam vel paucitatem, since-  
ritatē vel cum diuersa proprietate per  
mixturem, alimentum multi vel pauci  
nutrimenti, <sup>c</sup> boni vel mali succi à me-  
dicis dicitur. Materia verò alimenti ex  
eius duritie vel mollitie deprehenditur,  
item ex eiusdem asperitate vel læuita-  
te, visciditate vel terendi & fricandi fa-  
cilitate, densitate vel raritate, grauitate  
vel lenitate & similibus: quoniam hæ  
qualitates ex varia proportionē humi-  
di cum sicco (quæ duo sunt omnium  
mistorum materia) dum à calore & fri-  
gore agentibus magis qualitatibus ela-  
borantur, consurgunt, vnde & substan-  
tiæ modi à nonnullis appellantur: pro-  
pter quos quidē substantię modos vel ce-  
lerius vel tardius, vel facilius vel diffici-  
lius, & alteratur & distribuitur ipsū ali-

<sup>a</sup> Cap. 15. lib.<sup>4.</sup> Simpl. lib.<sup>6.</sup> Sanit. tu-

endæ lib. 2.

de aliment.

cap. de cucu-

mere lib. 3.

temper.

<sup>b</sup> Cap. 4. lib.

2. de anima.

<sup>c</sup> Vide lib. de

cibis boni vel

mali succi.



P R A E F A T I O.

mentum. Quantitas porrò alimenti tribus differentiis continetur, nam alimentum omne vel plenum, vel mediocre & conseruans, vel tenue dicitur. Plenum nutrimentum conuenit iis qui omni dimensione plurimum augentur, & athletis: Mediocre verò & conseruans, sanis, & iis qui & corpus ipsum & virium robur conseruare student. At tenue illis tantum conuenit, qui vitium aliquod corporis emendare & imminuere volunt, tenue enim semper vires imminuit. Rursus tenue alimentum, in tenue simpliciter, tenuius, & extremè tenuissimum partitur <sup>a</sup> Gal. Notæ autem quæ docent qua nutrimenti quantitate vti debeamus, desumuntur & ab ætate, & ab <sup>c</sup> anni parte, & à <sup>d</sup> consuetudine in sanis præsertim: in ægris verò, tum ab iisdem, tum à <sup>e</sup> viribus, tum à morbi temporibus <sup>f</sup> precipuè vniuersalibus, non neglectis etiam iis interim indicationibus, quæ tū <sup>g</sup> à temperamento, tum à regione & similibus sumi consueuerunt. Qualitates quæ maximè in alimento spectantur aut primæ quali-

<sup>a</sup> Cō. in aph.  
4 lib. 1.

<sup>b</sup> Aph. 13.  
lib. 1.

<sup>c</sup> Aph. 15.  
lib. 1.

<sup>d</sup> Aph. 17.  
lib. 1.

<sup>e</sup> Aph. 9. li. 1.  
<sup>f</sup> Aph. 8. li. 1.

<sup>g</sup> Aph. 16.  
lib. 1.



tates sensiles sunt, vt caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas: aut secundæ quales sunt acerbitas, austeritas, aciditas, dulcedo, falsedo, amaritudo, acrimonia, grauecolentia, suauecolentia, albedo nigredo, & similes quæ vel tactu, vel sapore, vel odore vel colore percipiuntur. Et huiusmodi qualitates primæ præsertim, cum iis quæ secundum naturam sunt similitudinem habere debent, indicatione à temperamento sumpta, cum illis verò quæ præter naturam, contrarietatem, non minus quàm medicamenta a ipso Gal. authore: tùmque non simpliciter alimenta, sed alimentum medicamentosa solent appellari: quod non solum impleant quod vacuatum est sed etiã ei quod alteratũ est medeantur. Gal. cap. 10. lib. 4. Simplicium. Sed neque alimenti substantiam, quantitatem, & qualitatem nouisse satis est, nisi etiam & eo vtendi rationem nouerimus, id est quo tempore alimentum sit exhibendum, & nunquid semel aut sæpius, qualibet nocte vel die cibum offerre oporteat, & eiusmodi: quam qui-

*Alimenta in Gal.  
similia in ægri-  
tudine esse debent*

*a In aph. 16.*

*lib. 1. c. 5.*

*lib. 11 meth.*

*Auicenna*

*cap. 1. Fen. 4.*

*lib. 4.*



P R A E F A T I O.

*in morbis  
aetate, de cibo*

*a Aph. 17.  
et 19. lib. 1.*

dem vtendi rationem quatuor (in ægris  
precipue) indicabunt, nimirum ipsa æ-  
gritudo & eius accessio: ægrotantis vi-  
res: humorum naturalium excessus, de-  
fectus vel mediocritas: item humores  
præter naturam crudi vel corrupti: ad-  
hæc <sup>a</sup>, ætas, tempus, cōsuetudo, & quæ-  
cunque his sunt analoga. Verum enim-  
vero quum alimenta ei substantiæ quæ  
è singulis partibus perpetuò defluit om-  
nino similia non sint, naturæ necessa-  
rium fuit ea prius immutare & præpa-  
rare siue concoquere, & quammaximè  
feri potuit efficere corpori alendo re-  
stituendoque similia, quod dum fit, si  
quid nec confectum nec prorsus assimi-  
latum est, id corpori non accrescit, sed  
vel per certas corporis partes decerrat,  
vel certo loco colligitur, donec veluti  
superfluū excernatur, vnde & *σύνθεσις*  
*μολ* id est excrementum meritò dicitur:  
quod nihil aliud est quàm alimenti su-  
perfluum alendo corpori non necessa-  
rium vel inutile: ideo vt salubriter cor-  
pus habeat vt plurimum expellendum.  
Excrementorum autem differentiæ va-



riæ sunt tum, pro ratione materiæ siue substantiæ modi, tum pro coctionum ordinis ratione, tum etiam pro causæ efficientis, vel patientis, vel vtriusque simul varietate & natura. Ratione quidem materiæ siue substantiæ modi dicuntur excrementa <sup>a</sup> vel halitiosa, siue vaporosa, vel liquida siue humida, vel sicca & terrea, vt ipsa nimirum excrementa substantiis <sup>b</sup> quibus corpora refarciantur respondeant. Ab ordine vero coctionum differentiæ ita sumuntur vt quædam sint primæ coctionis quæ in ventriculo fit, excrementa: alia secundæ, id est illius quæ fit in hepate: alia denique tertiæ, quæ in singulis partibus perficitur. Harum autem coctionum vnamquamque, duo habere excrementa <sup>c</sup> Galenus existimat, vnum crassius, tenuius alterum. In ipsa (inquit) primæ carnis generatione duplex provenire excrementum necesse est, quod omnem qualitatis alimenti mutationem, alterum crassius, alterum tenuius excrementum sequitur. Ideo primæ coctionis excrementum crassum, feces al-

<sup>a</sup> Ex lib. 9.  
meth. cap. 2.

<sup>b</sup> De hac re  
consule Gal.  
lib. 1. Sanit.  
tuenda in  
principio.

<sup>c</sup> Cap. 3. lib. 3  
method.



P R A E F A T I O.

*a lib. 4. de v-  
su partium.* ui esse idem <sup>a</sup> Gal. author est: tenuè ve-  
rò vrinam siue serosum excrementum,  
quamuis non statim post primam co-  
ctionem secernatur, quòd natura eo ad  
huc ad vehendum alimētum indigeat,  
ob idque & ὄχημα τροφῆς hoc libell. ab  
Hipp. appelletur: reipsa tamen & pro-  
priè vrina primæ coctionis excremen-  
tum non est non magis quàm alteru-  
tra bilis, quum neque secernatur ante  
secundam coctionem, neque affectio-  
nes primæ coctionis instrumentorum  
per se indicet, sed potius secundæ, ipso-  
met <sup>b</sup> Gal. authore. Erit igitur lotium  
secundæ coctionis excrementum, <sup>c</sup> quū  
cuiusque partis in corpore superfluitas  
eam quæ illi inest dispositionem osten-  
dat. Adde quod <sup>d</sup> Gal. ipse alio loco vri-  
nam inter secundæ coctionis excremen-  
ta recenseat. Secundæ autem coctionis  
crassum excrementum succus melan-  
cholicus excrementitius est, tenuè verò  
bilis flaua recrementitia: secernuntur-  
que à sanguine, hæc quidem vesiculæ  
bilis opera, ille verò lienis. At humidi-  
tas siue primæ coctionis siue secundæ

*b Cō. in aph.*

*26 lib. 2. pro-  
gnosticon.*

*c De hac re*

*Gal. cap. 7.*

*lib. 1. de Cri-  
sibus.*

*d cap. 2. lib.*

*6. de causis  
sympto.*



excrementum fuerit, ab ipsis renibus attrahitur. Tertiæ denique coctionis excrementa, duo etiam sunt vt ex <sup>a</sup> Galeni sententia prius demonstratum est, tenuia quidem quæ inuisibili perspiratione iugiter diffluunt: crassiora autem, quæ & multiplicia sunt pro natura partium quæ illa producant, & varia fortuntur nomina: nam musculosi generis crassius excrementum, sordes est quæ per vniuersam cutim bene sese habente animali perpetuò vacuatur: <sup>b</sup> cerebri autem, mucus: glandularum quæ circa linguam sunt, saliuæ: pulmonum, sputum: mammarum, lac: testium, semen: ossium, medulla: articulorum & aliarum partium exanguium, mucosa pituita. Horum autem & similium excrementorum quædam vtilia sunt, quædam verò inutilia. Vtilia quidem (nisi quantitate peccauerint) diutius in corpore citra eius læsionem retinentur, inutilia verò minimè. Harum trium coctionum excrementa, naturalia sunt, & laudabilia dicuntur si neque substantia neque quantitate, neque qualitate, neque excernendi tem-

<sup>a</sup> cap. 3. lib. 3  
methodi.

<sup>b</sup> Vide Gal.  
com. in aph.

39. lib. 5. lib. 9

de usu partium

cap. 7. li. 1. de

Crisibus. lib.

3. de Alimē-

tis de Glandulis & com.

in aph. 30. li.

3. de Artic.



P R A E F A T I O.

*a Cap 2. lib.  
6. de causis  
symptom.*

pore, neque vacuationis loco peccaue-  
rint. Eorum quidem substantia, ex du-  
ritie & mollitie, liquiditate & siccitate,  
tenuitate & crassitie, æqualitate & inæ-  
qualitate ac similib<sup>9</sup> cognoscitur: quo-  
rū quantitas alimentorū, quātitati pro-  
portione respondere debet, ad hoc vt  
naturaliter se habeant. Excremētorum  
etiam omnis generis qualitates quæ à  
medicis explorantur, & tactu, & odo-  
re, & aliquando sapore, & colore & so-  
no, manifeste deprehenduntur.

*b Lib. epid.  
prognost. &  
prorhet. &  
lib. de sympt.  
causis.*

Tempus quoque excretionis, & loca  
per quæ singula excrementa excernun-  
tur, diligenter expendet medicus, vt ex  
iisdem sanum, ægrum, vel neutrum ho-  
minis statum, facilius & exactius co-  
gnoscat, ex Hipp. <sup>b</sup> & Gal. doctrina.

*b Lib. de a-  
tra bile.*

Sunt præterea aliæ excrementorum  
differentiæ quæ vel ratione causæ effi-  
cientis, vel ratione subiectæ materiæ,  
vel ratione vtriusque simul in corpore  
generantur: ratione quidem causæ effi-  
cientis, vt caloris præter naturam aucti,  
vel imminuti: ratione caloris præter na-  
turam aucti, fit <sup>b</sup> bilis vitellina, bilis atra



ex <sup>a</sup> sanguine adusto, atque bile flaua  
 retorrida necnon ex succo melancho-  
 lico arefacto. Ab eodem etiam calore  
 caput occupante fit <sup>b</sup> pituita falsa. A <sup>c</sup>  
 calore verò imminuto fiūt pituita aci-  
 da, vitrea, aqua intercus, & similia. Ra-  
 tione autem materiæ, ex alimentis fri-  
 gidis fit succus crudus. Vtriusque simul  
 id est causę efficientis præter naturam,  
 & materiæ non conuenientis ratione,  
 fiunt bilis <sup>d</sup> porracea vel glastea in ven-  
 triculo, item calculus <sup>e</sup> in renibus & ve-  
 fica, lumbrici in intestinis, & multa alia,  
 vt ea quæ in quibusdã abscessibus sæpe  
 reperiuntur.

<sup>a</sup> Lib. 2. Nat.  
 facult. lib. 3.  
 loc. aff. com.  
 in aph 3. Sec.  
 6. lib. 6. epid.  
 & cõ. in aph.  
 53. lib. 6. aph.  
 b Cõ. in aph.  
 12 lib. 3. aph.  
 c Cap. 6. lib.  
 2. Febriũ lib.  
 de plenit. &  
 lib. de natu.  
 facul.  
 d Cõ. in aph.  
 39 lib. 2. pro-  
 gnost.  
 e Cõ. in aph.  
 15. Sect 3. lib.  
 6. Epid.





# HIPPOCRATIS LI-

BE L L. DE ALIMENTO A

Steph. Gormelen. Curiosolita Pa-  
risiensi medico, è græco in latinū  
conuersus & commentariis illu-  
stratus.

ᾧ

ΤΟῦΤΟ ΤΟ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ

φισιν ὁ Γαλιῶς μὴ εἶναι Ἱπποκράτους,  
πάλιν ἄλλ' ὃ δὲ πάλιν ἀνδρὸς τῆς τύχης  
τος. καὶ ἴσως ἂν εἴη τῆς Θεσσαλίας δοκεῖ  
δὲ πινυ ὑπὸ Ἡεροφίλου συγχεῖσθαι.

*Hunc librum Galenus Hippocratis esse  
negat, sed tamen non alicuius vul-  
garis hominis esse dicit, & fortasse  
Tessali. Quidam Herophilū autho-  
rem putant.*

Censura hæc ab incerto authore, &  
non admodum in arte versato, huius li-  
bri principio ascripta, mihi admodum  
suspecta est: quū non sit verisimile Ga-  
lenum qui sexcentis locis, vt in progres-  
su docebitur, hunc librum Hippocra-  
tis esse affirmauerit, eundem ab Hippo-  
crate scriptum negasse.





ΠΡΟΦΗ' ἡ τροφῆς εἶδος, μία  
καὶ πολλά. μία μὲν, ἡ γένος ἐν.  
εἶδος δὲ, ὑγρότητι καὶ ξηρότητι.  
καὶ ἐν ταῖς τεοισιν ἰδέα, καὶ πόσον  
ὅτι, καὶ ἐς τίνα καὶ ἐς τοσαῦτα.



*Limentum & alimēti spe-*  
*cies, vnum & multa vnum*  
*quidē quatenus vnum ge-*  
*nus [est] Species verò humi-*  
*ditate & siccitate [finitur]. & in his*  
*formæ ac quantum est, & ad quædam*  
*& ad tot.*

*Species verò humiditate & siccitate.*

Quum alimentum ratione formæ pro-  
pter quam nutrit, vt iam dictū est nul-  
lam admittat differentiam, ideo Hipp.  
primas eiusdem species à materia desu-  
mit, humiditas enim & siccitas, eorum  
omnium quæ miscentur materia sunt,  
authore <sup>a</sup> Aristotele, vt nō immeritò a-  
limentum omnibus animantibus ex hu-  
mido & sicco suppeditari alio <sup>b</sup> loco scri-  
bat. Et rursus <sup>c</sup> de partibus animalium,

<sup>a</sup> Cap. 1. li. 4  
meteoron.

<sup>b</sup> Cap. 3.

lib. 2. de par-  
tibus animal.

<sup>c</sup> Cap. 5. lib. 3.



sanguinem & alimentum omne crescere dum concoquuntur ait quoniam ex aqua & terra id est ex humido & sicco mista sunt: meritò igitur Hipp. alimentum in humidum & siccum primò distribuit.

*Et in his formæ ac quantum est.*

Id est in alimento tam humido quàm sicco, duo ante omnia considerantur, nimirum forma id est substantia propter quam nutrit, & quantū id est quantitas ob quam auget. Sic enim & Aristoteles alimenti diuersam rationē esse vt nutrit & quatenus auget<sup>a</sup> scribit: nutrit enim (inquit) vt hoc aliquid & substantia, auget autem vt quantū quiddā.

*Et ad quædam & ad tot.*

Hoc est & alimenti substantia qua nutrit & eiusdem quantitas qua auget perueniunt ad quædā id est ad vniuersum corpus, & ad tot, id est ad singulas corporis partes, vt patet ex doctrina Galeni & Aristotelis.

Ἀυξὶς δὲ καὶ ῥώννυσσι καὶ σαρκῶσι, καὶ ὁμοιοῖ, καὶ ἀνομοιοῖ τὰ ἐν ἑκάστοις καὶ φύσιν τ' ἑκάστου καὶ τ' ἐξ ἀρχῆς δύναμιν.

<sup>a</sup> Cap. 4. lib. 2. de anima.

<sup>b</sup> Lib. 1. & 3. de natur. facult.

<sup>c</sup> Cap. 5. lib. 1. de ortu & interitu.



*Auget autem, & corroborat, & carne explet, & similia & dissimilia facit quæ in singulis [sunt] pro vniuscuiusque naturæ & facultate quæ ab initio adest.*

Cōmoda & incōmoda quæ corporibus ex alimēto vtili & corrupto proueniunt breuiter recēset. • Primū autē cōmodū utilis & proprij alimēti est, caloris natīui substantiā augere, secundū est, vires recreatis spiritibus corroborare: Tertiū autē, carne explere. Quartū denique simile facere illi substantiæ quæ ante ab initio inerat, dū proprie nutrit. At corruptū alimētū vel qualitate aliqua insigni alienū dissimilia facit illi substantiæ quæ prius inerat, id est vel toti⁹ corporis vel aliquarū eius partiū, natīuū tēperamentū, vel naturalē priorē habitū, & facultates, sēsim immutat, vt postea dicetur.

*Hoc copiose demonstrat Gal. lib. 3. temper.*

ὁμοιοὶ δὲ ἐς δύναμιν, ὁκόταν κρατὲν μὲν, ἢ ἐπεισιγῶσα, ὁπικρατὲν δὲ, ἢ περιπαρχῶσα  
*Assimilat autem pro viribus quum id quod superingeritur superat quidem, illud verò quod prius inest præualet.*



# DE ALIMENTO

Docet quomodo alimentum pro viribus id quod nutritur sibi assimilet, quando nimirum cibus qui ingeritur superat quidem, quamdiu natura in ipsum agit, id verò quod prius inest, id est corpus ipsum, præualet tandem, & superat, deuicto omnino alimento. Sic enim lactuca superat & pro viribus immutat nostram naturam dum concoquitur, refrigerat enim: cocta verò, superatur, præualet enim natura, quo fit vt recte <sup>a</sup> Galenus alimentum vocet, quod à nostro corpore vinci potest, & eidem assimilari.

<sup>a</sup> Cap. I. lib.  
5. simplic.

γίνεται δὲ καὶ ἐξίτηλος. ὅτε μὲν, ἡ ὑπερτερὴ ἐν χροῶνι καὶ ἀπολυθεῖσα, ἢ ὅτε ὑποθεθεῖσα ὅτε δὲ, ἡ ὑπερτερὴ ἐν χροῶνι ἀπολυθεῖσα, ἢ ὅτε ὑποθεθεῖσα.

*Fit autē etiam adulterinum, aliquādo quidem prius in tempore dissolutū, aut insuper appositū, interdum verò posterius, in tempore dissolutū aut super appositum.*

Docuit superius quomodo alimentum pro viribus naturam sibi assimilet,

nunc



nunc autem illud idem alimentū (quod  
 ἐξίτηλον id est adulterinum siue exole-  
 scens appellat) duobus modis nostram  
 naturam qualitate manifesta pro viri-  
 bus sibi assimilare demonstrat. Priore  
 quidem modo, dum concoquitur tan-  
 tum & alteratur vt lactuca quæ (vt iam  
 dictum est) refrigerat, & adulterinum  
 est alimentum, dum coquitur tantum:

\* cocta verò & corpori assimilata mini- a Gal. lib. 3.  
de Temper.

me, auget enim tum caloris natiui sub-  
 stantiam, hoc enim est quod ait prius in  
 tempore dissolutum. Altero modo ali-  
 mentum adulterinum fit non solūm dū  
 coquitur, sed etiam posteaquam conco-  
 ctum fuerit & alteratum, quod osten-  
 dit dum ait

*vel insuper appositum.*

eiusmodi est alimentū mali succi, quod a Gal. in  
principio lib.  
de cibis boni  
& mali succi  
 etiam postquam nutrierit habitum cor-  
 poris peruertit, vnde & plures morbi  
 consequuntur. Vtrumque adhuc vel ci-  
 tius vel tardius suas vires exerit: citius  
 quidem, quando causa magis agens, id  
 est calor noster, potentior est, & subie-  
 ctum quod quodāmodo patitur id est



alimentum medicamentosum, vel mali  
succu, magis ad patiendum paratū : tar-  
dius verò contra , quando causa agens  
cum subiecto patiente collata, est quo-  
dammodo imbecillior.

5 ἁμαυροῖ δὲ ἑκάτερας ἐν χρόνῳ καὶ μετὰ  
χρόνον ἢ ἔξωθεν βίωσις ἐπεισκειθεῖσα, καὶ  
ἐπὶ πολλὸν χρόνον στερεμνίως πασι τοῖσι μέ-  
λεσι διὰ πλακείσα καὶ τὴν μὴ ἰδίην ἰδέω, ἐξε-  
βλάσησε τὴν δὲ περὶ τὸν, ἔστιν ὅτε καὶ τὰς  
περὶ ἑτέρας ἐξημαύρωσε.

*Destruit autem utrumque in tempore  
& post tempus, quod extrinsecus fre-  
quenter superingestum est, & per mul-  
tum tempus solidè omnibus membris  
implicatum, & propriam quidem for-  
mam produxit, priorem autem nonnun-  
quam etiam & priores aboleuit.*

Superius de incommodis quæ ab a-  
limento propter eius manifestam qua-  
litatem eueniunt disseruit, nunc verò  
aliud grauius nocumentum ab ipso e-  
tiam nutrimento propter eiusdem oc-  
cultam qualitatem, oriri hoc modo de-  
monstrat. id quod frequenter extrinse-



cus superingestum est, & per multū tē-  
 pus firmiter omnibus membris implica-  
 tum, id est alimentū venenatū & delete-  
 riū, quod totius substantiæ proprietate  
 speciei suæ, nostris corporib<sup>9</sup> repugnat,  
 per diuturnum tempus (sumpto initio à  
 pauca quātitate paulatim ad maiorem  
 progrediēdo) assumptū, destruit utrūq;  
 id est & alimentum legitimum, & ali-  
 mentum adulterinum siue medicamen-  
 tosum, quod etiam antea assimilātū fue-  
 rat. idque & in tempore & post tempus  
 id est & dū natura paulatim consuescit  
 eiusmodi deleterio, & etiam posteaquā  
 assueta fuerit. Etenim venenatum illud  
 alimentum propriam quidem formam  
 producit (nam & alimenta ad suā ipsorū  
 naturā, carnē maxime permutare solēt  
 vt ex Aristotele monet Galenus) prio-  
 rem verò, aliquando etiā & priores de-  
 struit & abolet: ac si diceret, tā substātię  
 proprietatē totius animātis quod nutri-  
 tur, q̄ singularū eius partiū proprietatē  
 (pro natura deleterij) corrūpit, nō enim  
 aliter suę formę pprietatē, quę omnino  
 formę priori contraria est, introducere

*a Aristotel.  
 cap. 28 & 29  
 li. 8. de Hist.  
 animalium  
 Gal. cap. 2. li.  
 6. de Sympt.  
 causis.*



*a* Cap. 18. li.  
3. simplic.  
*b* Cō. in aph.  
12. lib. 2. de  
ratione vict.  
acutorum  
com. in aph.  
17. li. 2. aph.  
Et lib. 3. de  
Temp.

*c* Plinius c. 2.  
lib. 25. Na-  
tural. histo.

*d* Exercita-  
tione 175. in  
Cardanum.

potest. Verū eiusmodi metamorphosis repente fieri nō potest, sed longa consuetudine opus est, sumpto (vt iam dictum est) à pauca quātitate initio. quod ab anu quadam Atheniensi factum fuisse <sup>a</sup> narrat Gal. Illa enim ab exigua portione cicutæ <sup>b</sup> (quæ nostræ naturæ & substantia & viribus contraria est & exitialis) auspicata, nullo detrimento, ad permagnam copiam progressa est. Principio enim paucum exiguitate ipsa deuictum est, & deinde consuetudo (quæ altera natura est) quod contra naturam erat naturale reddidit. Sic <sup>c</sup> Mithridates rex Ponti non alia ratione quàm frequenti vsu sanguinis anatum ponticarum quæ veneno nutriebantur, deleteria adeo familiaria sibi reddiderat, vt nulla eorum maligna qualitate, lædi potuerit. Simile est quod narrat Doctissimus <sup>d</sup> Scaliger ex Indicis historiis de filio regis Cambaiæ Indicæ prouinciæ, qui veneno educatus, adeo venenosus factus fuit, vt muscæ quę eius cutim sugendo pungerent, turgidæ interirent.



Δύναμις δὲ τροφῆς, ἀφικνέεται καὶ ἐς ὀφέ-  
 ον, καὶ πάντα τὰ μέρη αὐτῆς. καὶ ἐς νεῦρον, καὶ  
 ἐς φλέβα, καὶ ἐς ἀρτηρίαν, καὶ ἐς μυῖν, καὶ ἐς  
 ὑμῖν, καὶ σάρκα, καὶ πιμελίν, καὶ αἷμα, καὶ  
 φλέγμα, καὶ μύελον, καὶ ἐγκεφάλον, καὶ νωπι-  
 αῖον, καὶ τὰ εντοσθίδια, καὶ πάντα τὰ μέρη  
 αὐτῆς, καὶ δὴ καὶ ἐς θερμασίαν. καὶ πνεῦμα,  
 καὶ ὑγρασίαν.

*Facultas autem alimenti pervenit &  
 ad os & omnes eius partes, & ad ner-  
 vum, & ad venam: & ad arteriā: &  
 ad muscolum, & ad membranam &  
 carnem: & pinguedinem: & sanguinē:  
 & pituitam: & medullam: & cere-  
 brum: & spinalem[medullam]: & in-  
 teranea, & omnes ipsorum partes: quin-  
 etiam & ad caliditatem: & spiritum:  
 & humiditatem.*

Inductione demonstrat Hipp. vires  
 & facultates alimenti, siue familiare &  
 legitimum fuerit, siue qualitate aliqua,  
 aut substantiæ proprietate alienū, per-  
 venire ad omnes corporis partes soli-  
 das, humidas, & spirituosas fluentes &  
 fixas: non quòd sua sponte eo feratur,



*a Lib. de na* sed quòd à singulis partibus attrahatur,  
*eral. facult.* vt sæpius à *a* Galeno demòstratū est. Et  
*b Gal.com.* quāuis integra natura & suis facultatib<sup>9</sup>  
*in aph. 22.* bene gubernata, tantū quod *b* cōueniēs  
*Sect. 4. lib. 6.* & familiare est ad sui nutritionem attra  
*Epid.* hat, & nunquā alienū: deprauata tamē  
*c Cō. in aph.* propter malā aliquā qualitātē manife  
*1. lib. 4. de ra* stā, aut occultā, vel propter cōsuetudi  
*tione vict.* nē, ea etiā quæ qualitate noxia sunt, &  
*acutorum.* valde à bene se habente aliena, sæpe at  
 trahit *c* Galeni eiusdē testimonio. Imo  
 etiā ea quæ toto genere præter naturam  
 sunt & deleteria, vt patet ex eorum hi  
 storia qui veneno vti consueuerunt.

7

ῥοφῆς δὲ τὸ ῥέφον τῷ το ῥοφῇ, καὶ τὸ οἶον  
 ῥοφῇ. καὶ τὸ μέλλον ῥοφῇ

*Alimenti autem id quod hoc nutrit, ali-*  
*mentum [est], & quod velut alimentū,*  
*& quod alimentum futurum est.*

Posteaquam Hipp. de commodis &  
 incommodis, item de viribus omnium  
 alimentorum disseruisset, nunc eadem  
 ipsa veluti per grad<sup>9</sup> distinguit, vt aliud  
 sit alimentum quod iam nutriat, quod-  
 que & iam assimilatū est, & proprie nu-



trimentum dicitur: aliud verò quod parum abest quin nutriat, ut sanguis: utri-  
que bili & pituitæ permistus: aliud præ-  
terea quod adhuc longius abest à vera  
nutritione ut chylus: ita enim Galen<sup>o</sup>  
hos tres alimentorum gradus, ad tres  
concoctiones reuocat, quamuis pluri-  
bus<sup>b</sup> aliis locis quibus huius Hipp. sen-  
tentia meminit, futuri nutrimenti no-  
mine, cibos etiã nondum assumptos ut  
panem carnes & similia intelligat.

*a Ad finem  
lib. 4. de Sa-  
nit tuenda.*

*b Lib. 1. de  
natur. facul.  
lib. 3. de tēp.  
& com. in  
aph. 39. lib. 5.  
aphorismorū*

ἀρχὴ δὲ πάντων μία καὶ τελευτὴ πάντων  
μία. καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχή.

8

*Principium autem omnium vnum  
[est], & finis omnium vnus, & idē finis  
[est] atque principium.*

Non de parte aliqua corporis hoc intel-  
ligendū est, sic enim in corpore huma-  
no nullū reperitur principium, nullūq;  
finis, nō magis quàm in circulo (ut ipse-  
met Hipp. scripsit) vnde *a* enim incipit  
in hoc desinit. Aliud igitur est quod hoc  
locovult Hipp. ut ex principiis metaph.  
intelligere licet. Cum enim principium  
dicatur primum vnde res aut est aut fit  
aut cognoscitur ut *e* Aristoteles scripsit

*c In principio  
lib. de locis in  
homine.*

*d Lib. 1. de  
dicta.*

*e Cap. 1. lib. 5  
Metaphys.*



*Ad finē lib.  
2. physicon.*

*b Lib. de Sa-  
mit. tuenda.*

*c Lib. 2. ad  
Eudemium.*

*d Lib. de cau-  
sis respiratio-  
nis.*

finis *a* autem cuius gratia aliquid fit, ac-  
cidit ut non solum in his quæ arte sed  
etiam in illis quæ natura fiunt, idem sit  
finis & principium, præsertim motus,  
diuersis tamen rationibus, itaque quum  
substantiæ deperditæ instauratio, sit cau-  
sa propter quam alimenta exhibentur  
authore *b* Galeno, eadem ipsa causa, ni-  
mirum triplicis substantiæ instauratio,  
principium etiam erit propter quod a-  
limentum subministratur, ut non im-  
merito *c* Aristoteles ipse, finem, princi-  
pium & fundamentum appellauerit.  
Eodem modo, & utilitas respirationis,  
causa est, propter quam respiratio fit,  
veluti principium & finis *d*

9

καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐν σοφῇ καλῶς καὶ κακῶς  
διοικεῖται, καλῶς μὲν ὅσα περὶείρηται. κα-  
κῶς δὲ, ὅσα τέτοιαι τὴν ἐναντίαν ἔχουσι τάξιν.

*Et quæ particulatim in alimēto bene  
& malè distribuuntur, bene quidem, quæ  
prædicta sunt: malè verò quæcūque his  
contrarium habent ordinem.*

Vult Hipp. omnium alimentorum  
quæ & bene & male in singulas corpo-



ris partes distribuuntur, idem esse finē & principium vt iam dictum est. Bene autem ea alimenta distribui dicit, quæ prædicta sunt, id est quæ augent & corroborant & carnem producant, & similia fiunt, dicunturque primo nutrimenta futura, deinde quasi nutrimenta, & tandem propriè nutrimenta, seruato nimirum naturæ & coctionum ordine. malè verò quæ vel dissimilia faciunt, vel naturæ & coctionum ordinē non seruant vt quando ventriculus trahit ab hepate, aut hepar à carnibus.

χυλοὶ ποικίλοι καὶ χρώμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ ἐς βλάβην, καὶ ἐς ὠφελείην. καὶ ὅτε βλάβην ὅτε ὠφελείην καὶ πλήθει καὶ ὑποβολῇ καὶ ἐλλείψει. καὶ ἀσπλοχῇ. ὧν μὲν, ὧν δ' ὅ.

10

*Succi varij & coloribus & viribus, & in detrimentum, & in emolumentum: & neque lædentes neque commodantes: & multitudine, & excessu, & defectu, & complicatione, aliquorum quidem, quorumdam verò non.*

Haëtenus Hipp. de commodis & incommodis, item de viribus atque



a li. I. Sanit.  
tuend.

b li. 4. Sanit.  
tuend.

c Gal. cō. in  
aph. 32. lib. 2.  
de fract. in  
aph. 14. Sect.  
5 lib. 6. epid.  
in aph. 2.  
lib. I. aphor.  
et cō. in aph.  
26. Sect. 4. li.  
6. Epid.

ordine alimentorum vniuersaliter disse-  
ruit, nunc verò de ipsorum humorum  
(qui & ex alimentis nascuntur & veluti  
nutrimenta sunt) varietate, vtilitate, &  
detrimento, pro ratione colorum & vi-  
rium, item de eorundem multitudine,  
excessu, defectu & permistione agit. Pri-  
mam autem humorum varietatē à co-  
loribus desumit, veluti magis obuiā &  
sensibus magis manifestam, nam color,  
subiectos in habitu corporis humores (si  
modò vt monet <sup>b</sup> Galenus & causæ ex-  
ternæ & animi affectus abfuerint) maxi-  
me indicat, siue eiusmodi humores in  
detrimentum fuerint, siue in vtilitatem,  
siue contra: neque lædētes neque com-  
modantes, vt quando parum à naturali  
statu recesserint. In detrimentum quidē  
sunt <sup>c</sup> quādo corrupti fuerint à causa ex-  
terna vel interna. In vtilitatē verò quā-  
do ex alimentis laudabilibus naturales  
alimentari humores orti fuerint eius-  
dē <sup>d</sup> Galeni testimonio. Secundā humo-  
rū varietatē deducit Hipp. ex eorundē  
viribus, id est, qualitatibus manifestis  
vel occultis, idque rursus vel in detri-  
mentū vel in vtilitatē. In detrimentum



quidē, quando ipsæ humorū qualitates occultæ vel manifestæ, præter naturam sese habuerint, quod etiā pluribus locis <sup>a</sup> demonstrauit Gal. In utilitatē contra quando eorundē qualitates legitime & naturales fuerint, tunc <sup>b</sup> enim vniuscuiusque temperamēto familiares mores conformant. Tertiam humorum varietatem ex eorundē multitudine & caco-chymia repetit, multitudini enim (quæ est omniū simul humorū æquabile augmentum) vnius tantum humoris excessum, vel defectum, & plurium complicationem, id est plurium simul excessum vel defectum opponit: tot enim modis caco-chymia fieri potest.

<sup>a</sup> Cō. in aph. 77. Sect. 3. li. 3. Epid & in aph. 17. lib. 2. prorrheticō.  
<sup>b</sup> Hipp. & Gal lib. de natura hominis & quod animi mores temper. corporis sequuntur.

καὶ πάντων ἐς θερμασίην βλάβη καὶ ὠφέ-  
λεια. ἐς ψύξιν βλάβη καὶ ὠφέλεια. ἐς δύναμιν  
βλάβη καὶ ὠφέλεια.

II

*Et omnes caliditate lædunt ac iuuant,  
[&] frigiditate lædunt ac iuuant, [&]  
potentia lædunt ac iuuant.*

Docet nūc omnes humores & nocere & prodesse qualitatib⁹, manifestis & occultis per δύναμιν enim occultā qualitatem nūc intelligit) manifestis quidē vt caliditate



DE ALIMENTO.

frigidity & similibus, quæ si præter naturam fuerint, lædunt, si verò naturales, profunt. Sic etiam & occultæ qualitates, si familiares fuerint conferunt, si verò inimicæ nocent.

12

δυνάμις δὲ ποικίλαι φύσις. χυλοὶ φθείροντες καὶ ὅλον καὶ μέρος, καὶ ἔξωθεν καὶ ἐνδοθεν αὐτόματι καὶ ὅχι αὐτόματοι. ἡμῖν μὲν, αὐτόματοι. ἀπὴν δ', ὅχι αὐτόματοι.

*Potentia autem variæ naturæ [sunt] Succī corrumpentes & totum, & partem, & extrinsecus & intrinsecus, spontanei & non spontanei: nobis quidem spontanei, causæ verò non spontanei.*

Proximè diximus Hipp. δυνάμις id est potentia nomine intelligere humorum occultam qualitatem propter eius insignem vim, quæ alias omnes qualitates facile superat. hanc autem multiplicem esse nunc etiam docet: cuius prima varietas, posita est in iuuamento & læsione quæ ratione abdite qualitatis ab ipsis humoribus emanant: dum enim nutriunt profunt, nutriunt autem, propter totius substantiæ similitudinem,



quam & latētem qualitatem antea vocauimus. Nocent etiam ab occulta qualitate, quando venenati & maligni fuerint, quales sepe in corporibus quibusdam oriri contingit, vt <sup>a</sup> scribit Gal.

*Com. in aph. 77. Sect. 3. li. 3. epid. & in aph. 17. lib. 2. prorrheticon.*

Huiusmodi autem venenati humores multiplices admodum sunt, quorum varietatem nunc commemorat Hipp. dum ait potentię id est facultatis occultę & malignę humorum, varias esse naturas: propterea quod eiusmodi venenati succi, multifariam ledant non <sup>b</sup> minus quàm alia venena. Nam alij totum corpus inficiunt, vt in elephantiasi: alij partem aliquam tantum, vt ij qui suo maligno vapore epilepsiam excitant, vel sua corruptione, vlcus cacoethes:

*b Gal. locis proxime citatis.*

alii partes internas: alii verò externas

*Vide Aretæum cap. 7. lib. 1. de Acutis passionibus de Angina.*

Hoc enim est quod nunc scribit Hipp.

*succi corrumpentes & totum & partē,*

*& foris & intus.* Atque hi omnes

& spontanei dicuntur & non spontanei,

spontanei quidem <sup>b</sup> quòd per se & sine

*Comment in Aphor. 2. lib. 4. & in Aph. 14. lib. 6. Aphor.*

nostra causa fiant, sed tantum vi nature

etiam deprauatę & corruptę. Non spō-

tanei verò contra quando vel nostra



a Cō. in aph.  
2. lib. 4. & in  
aph. 14. lib. 6.  
aphorif.

causa & manifesta, vel necessario fiunt: ob id enim respectu nostri spontanei dicuntur, respectu verò causæ, non spontanei sed potius necessarij, quum causa maxima ex parte necessario suos affectus producat.

13

αἴτιν δ' αὖ. τὰ μὲν δήλα. τὰ δ' ἄδηλα, καὶ τὰ  
μὲν, δυνατά. τὰ δὲ ἀδύνατα.

*Rursus autē causæ aliæ manifestæ, aliæ autem obscuræ, & aliæ quidē validæ, aliæ verò imbecillæ.*

Causas generationis humorum corruptorum multiplices esse vult, quarū aliæ manifestæ sunt, vt cibus venenatus & corruptus, ictus vel morsus animalium venenatorum & similes: aliæ obscuræ & abditæ, quæ neque explicari neque demonstrari neque facile intelligi possunt, quales sunt causæ multorum morborum pestilentium, & quorundā ulcerum malignorum, atque etiā epilepsiae ab aura venenata à parte aliqua ad cerebrum delata. Rursus aliæ causæ tam manifestæ quàm abditæ validæ sunt & admodū potentes, aliæ verò imbecillæ.



φύσις ἐξαρκεῖ πάντα πάσιν. ἐς δὲ ταύτῃ  
 ἐξωθεν μὲν, κατὰ πλάσμα. κατὰ χειρὶσμα.  
 αἰμα. γυμνότης. καὶ σκεπή ὅλα καὶ μέρε-  
 ος. θερμὴ καὶ ψύξις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον.  
 καὶ σύψις καὶ ἐλκωσις. καὶ δηγμός. καὶ λίπασμα.  
 εἰδοθεν δὲ, πινά τε τῶν εἰρημύων. καὶ ὅτι  
 τῶτοισιν. αἰτὶν ἀδηλος, καὶ μέρει καὶ ὅλω. πι-  
 νὶ τε καὶ ὄπινι.

*Natura omnino abundè sufficit: in  
 hanc autem [peccant] extrinsecus quidē  
 cataplasma, κατὰ χειρὶσμα αἰμα nuditas,  
 & tegumētum totius & partis, ca-  
 liditas & frigiditas eadem ratione, &  
 astrictio, & exulceratio, & morsus, &  
 corrosio: intrinsecus verò & quaedam  
 ex prædictis, & ad hæc causa obscura,  
 & parti & toti, & alicui & non a-  
 licui.*

Ostendit nunc Hipp. humores corrūpi  
 & malignos fieri à causis tam externis  
 quàm internis. Nā etsi natura quæ suis  
 facultatibus bene regitur per se om-  
 nino abūde sufficit ad omnes suos mo-  
 tus perficiendos, actionésque obeūdas,



DE ALIMENTO.

κατάχρησ-  
μα

ἄλειμμα

tamen si irritata fuerit, & à suo instituto reuocata à causa aliqua externa vt à cataplasmate, à catachrismate id est vnguento ad delitias & ad spirituum recreationem potius quàm ad membrorum robur comparato, ab aleimmate id est vnguento ad corporis robur magis quàm delitias parato, à nuditate, à tegumento totius corporis, & alicuius eius partis, à caliditate, à frigiditate, ab astringentibus admotis, ab exulceratione siue ferro siue medicamentis siue quouis alio modo excitetur, à morfu, à corrosione: vel à causa interna vt à calore interno adaucto vel imminuto, à causa abdita & occulta in toto corpore vel in aliqua eius parte delitescente: tunc veluti fui oblita, natura inquam perperam agit, & humores corruptos pro naturalibus & legitimis, in quibusdam corporibus producit, non quidem per se, sed propter causas iam commemoratas externas vel internas. Hunc

• Cap. II. li. I. locum Hipp. citat & explicat • Galenus de diebus decretoriis, quando demonstrat errores in crisibus fieri, non vitio quidem



quidem naturæ, quæ omnino bene agit  
& per se satis potest ad suos motus per-  
ficiendos, sed propter errata à causis ex-  
ternis vel internis, circa ægrum & eius  
naturam commissa.

Ἀποκρίσεις γὰρ φύσιν κοιλίης, ὄρων. ἰδρω-  
τος, πτύαλιν. μύξης. ὑτέρης, καὶ αἱμορροΐδα,  
θύμον. λέπρωμα, φθίμα. καρκίνωμα. ἐκ ρι-  
νῶν. ἐκ πνεύμονος. ἐκ κοιλίης. ἐξ ἑδρης. ἐκ  
καυλῶ, γὰρ φύσιν καὶ πρὸς φύσιν. αἱ ἀνα-  
κρίσεις τούτων, ἄλλοισι πρὸς ἄλλον λόγον,  
ἄλλοτε καὶ ἄλλοίως.

15

*Excretiones secundum naturam vē-  
tris, urinarum, sudoris, salivæ, muci, vte-  
ri, per hæmorrhoida, thymon, lepram,  
tuberculum, carcinoma: ex naribus, ex  
pulmone, ex ventre, ex sede, ex cole, se-  
cundum naturam & preter naturam  
discretiones horum aliis iuxta aliam ra-  
tionem, aliquando etiam aliter.*

Superius Hipp. naturam ipsam, be-  
ne etiam semper agere nitentem, pro-  
pter peccata tamen in eam extrinsecus  
vel intrinsecus commissa, interdum



corruptos humores generare docuerat: hîc verò eiusdem naturæ providentiam in ipsorum humorum vitiis emendandis, per excretiones tam secundum quàm præter naturam docet. Excretio autem secundum naturam propriè dicitur, quando & substantia illius quod excernitur naturalis est, & quantitas, & qualitas, item quando excretionis locus, & tempus, & modus naturaliter se habuerint: cuiusmodi sunt excretiones naturales alui, vrinarum, sudoris, salivæ, muci, & mensium. His contrariæ sunt excretiones, quæ toto genere præter naturam dici possunt, in quibus, vel omnes conditiones naturalis excretionis, vel saltem maiori ex parte desiderantur, quales sunt quæ nunc etiam recensentur ab Hipp. nimirum excretiones per hæmorrhoidas, per thymõ, per lepram, per phymata, per carcinomata, & similia, quibus etiam natura sepe fœliciter sese exonerat. Tertium genus excretionis per quam natura etiã sese repurgat, dicitur ab Hipp. partim secundum naturam, partim verò præter na-



turam, propter conditionum, superiorū  
 vacuationum missionem, sic vacuatio  
 pituitæ falsæ per nares, excretio partim  
 naturalis est propter vacuatiōis locum,  
 partim præter naturam propter naturā  
 ipsius excrementi. Idem dicendū est de  
 excretionē purulenta aut sputi cruenti  
 ex pulmonibus, item de vomitione bi-  
 liosa aut pituitosa, quæ propter excre-  
 tionis locum præter naturam est, etiam  
 si excrementum quod vacuatur, sit na-  
 turale. huiusmodi adhuc sunt deiection-  
 es alui cruentæ biliosæ vel pituitosæ,  
 & urinarum nigrarum, purulentarū aut  
 alio modo corruptarum excretiones.

16

μία φύσις ἔστι τὰ πάντα, καὶ ἓ μία. πολ-  
 λαὶ φύσεις εἰσι τὰ πάντα, καὶ ἓ μία.

*Vna natura sunt hæc omnia, & non  
 vna. Multæ natura sunt hæc omnia, &  
 non vna.*

Omnes proxime dictas excretiones  
 tam secundum naturam quàm præter  
 naturam, à natura, id est à naturali  
 facultate expultrice fieri ait, quam &  
 vnam & plures esse vult: vnam qui-



*a* Cō. in aph.  
46. Sect. 2. li.  
1. Epid.  
*b* In princi-  
pio.

dem genere, quæ per vniuersum cor-  
pus extensa & diffusa est vt ait *a* Ga-  
lenus. Sic & *b* author libri de mor-  
bis omne quod est in ipsa natura vnum  
esse, & omnia quod vnum scribit. Plu-  
res verò naturæ & naturales facultates  
expultrices esse etiam dicuntur, quoniā  
pro singularum corporis partiū varic-  
tate variæ etiam sunt facultates quæ in  
ipsis resident.

17

Φαρμακείη ἄνω καὶ κάτω. καὶ ὅτε ἄνω, ὅτε  
κάτω.

*Medicina sursum & deorsum: & ne-  
que sursum, neque deorsum.*

*c* lib. de Hu-  
moribus.

Probat naturalem facultatem ex-  
pultricem, & vnam & plures esse. Nam  
medicamentum purgans vnum est ge-  
nere, purgantium tamen aliud per supe-  
riora, aliud per inferiora purgat: aliud  
neque per superiora neque per inferio-  
ra *c* sed vel intro vel extra, idque non  
alia ratione, quàm naturæ ipsius immu-  
tatione quæ alias per superiores partes  
alias per inferiores, alias per internas, a-



lias verò per externas corpus repurgat.

est enim natura morborum medica, ip-  
somet <sup>a</sup> Hipp. authore ideóque muta-  
tionem fieri & sursum & deorsum, &  
spontanea ferri & sursum & deorsum  
quæ lædunt & profunt <sup>b</sup> alio loco scri-  
bit.

<sup>a</sup> Aph. 1. Sec.  
5. lib. 6. Epid.

<sup>b</sup> lib. de Hu-  
moribus.

ἐν σοφῇ φαρμακείῃ, ἄριστον. ἐν σοφῇ φαρ-  
μακείῃ, φλαῦρον. φλαῦρον καὶ ἄριστον πρὸς π.

18

*In alimento medicina, optimum. in ali-  
mento medicina, malum. malum & op-  
timum ad aliquid.*

Idem præterea ex natura medica-  
menti & alimenti probat. quæ & si sint  
res non solum plures, sed etiam naturà  
maxime diuersæ, tamen vnum & idem  
potest esse medicamentum & alimen-  
tum, item optimum & malum: duobus  
potissimum modis. Priore quidem mo-  
do quando cū alimenti substantiæ pro-  
prietas ob quam nutrit, alia substantiæ  
proprietas ob quam purgat in eodem  
subiecto coniuncta est, vt <sup>c</sup> si quis in pti-  
sanæ cremore paucum succi scamonij

<sup>c</sup> In præmio  
lib. 1. de fa-  
cult. aliment.



iniiciat: huius generis sunt manna, cassia nigra, & similia clementer purgantia, quæ à caco-chymis sumpta, optima sunt, quando vis eorum purgans de potestate ad actum deducta fuerit: mala verò si eorundem facultas ad a-

*a* Cap 24. li.  
3. simplic. &  
com in aph.  
10. lib. 2.  
de rat. vict.

ctum non deducatur, quoniam caco-chymiam augent, vt *a* scribit Galenus.

Alio modo idem potest esse & medicamentum & alimentum, vt quando cum substantia quæ nos nutrit, coniuncta est qualitas aliqua manifesta, quæ corpus alterare potest. sic enim &

*b* Gal. lib. 3.  
de Temper.  
& cap 7 lib.  
3. de com ph.  
loc.

vinum, & lactuca, quoniam nutriunt & alterant, *b* & alimenta & medicamenta sæpe fiunt. Hæc rursus & bona & mala esse possunt: bona quidem si ab iis qui contraria qualitate affecti sunt, sumantur, quoniam intemperiem emendant: mala verò quādo ab illis qui simili qualitate læduntur sumpta fuerint, tum enim intemperiem augent.

ἔλκος. ἐσχάρη. αἷμα. πύον. ἰχώρ. λέπρη.  
πίτυρον, ἀχώρ. λειχήν. ἀλφός. ἔρηλις. ὁ τὲ  
μὴν βλάβει. ὁ τὲ δὲ, ὠφελεῖ. ὁ τὲ δὲ, ὅτε  
βλάβει, ὅτε ὠφελεῖ.



*Vlcus, crusta, sanguis, pus, sanies, lepra, porrigo, achor, leichen, vitiligo, cutis asperitas, aliquando quidem lædit, aliquando autem iuuat, interdum autem neque nocet, neque prodest.*

Naturam vnā esse & non vnā rursus hoc modo probat, si vna & eadem res toto genere præter naturam, potest nocere & prodesse, id est bona & mala esse, vna etiam & eadem natura poterit esse vna & multiplex, sed vna & eadem affectio toto genere præter naturam, potest nocere & prodesse vt vlcus, eschara, sanguinis excretio vel in aliquam partem confluxus, pus, sanies, lepra, porrigo, vlcera capitis manantia, impetigo, vitiligo, ergo & eadē natura poterit esse vna & multiplex siue nō vna. Quod autē affectionesquæ hīc ab Hip. enumerantur, possint lædere & prodesse manifestū est, nā si propter partium, in quibus oriuntur imbecillitatem, aut propter deprauatam earundem aliquā



qualitatem, aut propter humoris insitā  
malitiam, aut ob naturæ deprauatum  
motum nascuntur, ledunt: Profunt ve-  
rò si legitimo naturæ motu, humore ab  
internis & principibus partibus, ad ex-  
ternas & minus principes atque igno-  
biliores delato, oriantur, vt in veris &  
legitimis crisibus sæpe accidit.

20

σοφή ἔ σοφή . ἢ μὴ οἶόν τε ἢ πέφευγ, ἔνο-  
μα σοφή. ἔργον δὲ, ἔχι. ἔργον σοφή ἔνομα δὲ  
ἔχι.

*Alimentum non alimentum, si nutrire  
non potest, nomine alimentū non reipsa,  
res [est] alimentum non nomen [nudū].*

Alia adhuc superioris sententiæ de  
vnitate & pluralitate naturæ probatio  
est, exemplo à maiorum collatione de-  
sumpto, hoc modo: esse & non esse ma-  
ius est quam vnum & plura esse, sed ali-  
mentum est, & non est, ergo natura po-  
terit esse vna & non vna. Quòd autem  
alimentum, non sit alimentum sed tan-  
tum nomine tenus & æquiuoce alimē-



tum, nisi nutriat, demonstrat Gal. lib. I. *Lib. I. naturalium facult.*  
de naturalibus facultatibus.

ἐς δίχας βροφὴν, καὶ ἐς ὄνυχας, καὶ ἐς τὴν ἐχά-  
την ὁπιφανείαν ἐνδοθεν ἀφικνέεται. ἔξωθεν  
βροφὴ ἐκ τῆς ἐχάτης ὁπιφανείας ἐνδοτάτω  
ἀφικνέεται. Σύρροια μία. Σύμπνοια μία.  
Συμπαθεῖα πάντα.

21

*In pilos alimentum & in ungues,  
& in extremam superficiem ab internis  
partibus peruenit. extrinsecus alimentū  
ex extrema superficie ad intima perue-  
nit confluxio vna, conspiratio vna, con-  
sistentia omnia.*

Demonstrat hīc admirabilis Hipp.  
mirabilem vim naturæ, quæ quamuis  
vna sit, longè tamen & latè per vniuer-  
sum corpus & singulas eius partes dif-  
fusa, variis & etiam contrariis facultati-  
bus ad vnum & idem opus absoluen-  
dum vtatur, vt non mirum sit, si & inter-  
næ partes ex externis, & contrà exter-  
næ ex internis trahant: ita enim carnes  
& ex ventre & ex externis partibus tra-  
hunt vt <sup>a</sup> alio loco docuit, quia omnia  
quæ in nostro corpore sunt, etsi diuer-

*a Aph. I. Sec.  
6. lib. 6. Epid.*



sa & contraria sint, motusque contrarios habuerint, in conseruanda tamē vita conspirant & cōsentiunt, hoc enim est quod nunc dicit confluxus <sup>a</sup> vnus, conspiratio vna, consentientia omnia, corpus enim etiam sensus iudicio tum intro, tum foras spirabile est. Quomodo autem conspiratio illa & consensus fiat, demonstrat suo more <sup>b</sup> Gal. in lib. naturalium facult. Ungues & pili, etsi ex excrementosa alimenti parte generentur & nutriantur, non tamē eodem modo. Nam qua parte unguis cuti & subiectę carni coherent vera nutritione vt alia corporis partes aluntur, ob id enim venas & arterias ad eorum radices pertinere ait <sup>d</sup> Galenus. At quatenus prominent, pilorum more & nutriri & augeri dicuntur, id est equiuocē, concrecente nimirum <sup>e</sup> excremento in longitudine tantum, non attractionis sed potius expulsiōis vi.

<sup>a</sup> Hic locus Hipp. citatur ab Alexandro Tralli. cap. 17. lib. 1.

<sup>b</sup> Lib. 3. natural. facult.

<sup>c</sup> Arist. cap. 4. lib. 2. & cap. 3 lib. 5. de generatione animalium.

<sup>d</sup> Lib. 2. de Anato. administrationibus.

<sup>e</sup> Lib. 1. de usu partium lib. 2. Temp.



*um vniuersitatē omnia [conspirant]. secundum partem verò in quaque parte, partes ad opus.*

Docet quomodo & vniuersaliter & particulariter omnia in corpore ad eius conseruationem conspirent. Vniuersaliter quidem in toto & in vniuersis simul totius partibus, particulariter verò in singulis.

ἀρχὴ μεγάλη, εἰς ἑκατὸν μέρος ἀφικνέεται. ἐξ ἑκάστου μέρους εἰς ἀρχὴν μεγάλην ἀφικνέεται.

23

*Principium magnum ad extremam partem peruenit: ex extrema parte ad magnum principium peruenit.*

Confluxum conspirationem & consensum totius corporis & singularum eius partium probat Hipp. exemplo cordis & arteriarum. Nam principium magnum, id est vis vitalis à corde, ad extremam partē id est ad extremā corporis superficiem peruenit, per arterias per quas & spiritus vitalis extremis & etiā



*a Lib. de usu  
respir. & de  
usu puls. lib. 3  
natural. fa-  
cult. & com.  
in aph. 1. Sec.  
6. lib. 6. ep.*

totius corporis partibus distribuitur, & fuliginosa excrementa euacuantur, & contra cor ipsum partim ad refrigeriū, partimverò ad ipsius spiritus vitalis nutritionem, per eadem ipsa vasa aërem externum ad se attrahit, vt pluribus locis à *a* Galeno demonstratum est, quod etiam confirmat experientia. Nam & mulieres hysterice & animalia per hycmem delitescencia sola transpiratione viuunt.

24

*μία φύσις εἶναι καὶ μὴ εἶναι.*

*Vna natura esse & non esse.*

*b Lib. 1. de  
dieta.*

Naturam vnam esse & non vnam rursus probat à maiori, maius enim est, esse & non esse, quàm vnum & multa esse, sed vna natura est esse & non esse, id est vna natura est subiecta in generatione & corruptione, nam hoc de mistis debet intelligi, quæ vt ex simplicium corporum alteratorum mistura confurgunt, ita ex eorundem secretionem atque dissolutionem esse desinunt vt *b* ipsemet exponit, quum ait generari & corrumpi idem esse, & generari idē quod commisceri, corrumpi idem quod se-



cerni, & vnumquodque ad omnia, & omnia ad vnumquodque idem esse. Sic etiam & lib. de natura hominis, omnia similiter generari & corrumpi scribit, quòd omnia ex quatuor elementis inter se mistis, oriantur, & ex iisdem dissolutis & dissipatis intereant. a part. 16.

νέσπον, ἀφ' ὧρα, ἐν βροφῇ, ἐν πνεύματι. ἐν θερμασίῃ. ἐν αἵματι. ἐν φλέγματι. ἐν χολῇ. ἐν χυμοῖσιν. ἐν σαρκί. ἐν πικρῇ. ἐν φλεβί. ἐν ἀρτηρίῃ. ἐν νεύρῳ. μυί. ὕδατι. ὀστέω. ἐγκεφάλῳ. νωτιαίῳ. μυελῷ. στήματι. γλώσσῃ. σπλάχνῳ. κοιλίῃ. ἐντέροισι. φρεσίν. περιτοναίῳ. ἥπατι. σπλινί. νεφροῖσι. κύτῃ. μήτρῃ. δερματί. τὰ ὅλα πάντα καὶ καθ' ἓν καὶ κατὰ μέρος. 25

*Morborum differentiae in alimento, in spiritu in calore, in sanguine, in pituita, in bile, in humoribus, in carne, in adipe, in vena in arteria, in nervo, musculo, membrana, osse, cerebro, spinali medulla, ore, lingua, stomacho, ventre, intestinis, septo transverso, peritoneo, hepate, splene, renibus, vesica, utero, cute, haec omnia & singulatim & particulatim.*



a. Cap 4. lib  
de diff mor-  
bor. & Cap.  
6. lib. 2. me-  
thod.

b Com. in  
aph. 9. Sect. 3  
lib. 3. Epid.  
c Lib. 4 de  
Morbis.

Morborum differentia<sup>a</sup> maximè vulgares sumuntur à subiecto in quo morbus ipse fixus est. Sic enim Gal. tres morborum vniuersales differentias cōstituit, vnā partium similarium, intemperiem nimirum, alteram partium instrumentariarum, incommodationem, & tertiam vtrisque partibus communē, quam vnitatis solutionem vocat. Alias non ab ipsorum morborum subiecto differentia<sup>b</sup> sumuntur sed potius à causis morbos efficientibus, quæ in genere tres sunt apud ipsum<sup>c</sup> Hipp. nimirum cibus potus, aër & celestis impressio, & præterea violentum quid. Ne igitur à suo instituto recedat Hipp. eam morborum distributionem speciatim hoc loco recenset, quæ ab alimento veluti à causa ortum habet, quod demonstrat dum ait morborum differentia<sup>a</sup> in alimento.

Quum enim omnes nostri corporis partes tam spirituosæ, quàm humidæ & solidæ, alimenti participes sint, fieri non potest quin eius vitio (si corru-



potum fuerit) inficiantur, aliæ quidem  
facilius, aliæ verò difficilius: quumque  
spiritus & spirituosæ partes omnium  
facillimè ab alimento alterentur, ideo  
ab ipsis, morborum distributionem si-  
ne enumerationem auspicatur, deinde  
ad humores & humidas partes progre-  
ditur: postremo de solidis & organicis  
partibus agit, quod omnium tardissimè  
& difficilimè ab alimento lædantur:  
quæ quidem partes omnes cuiuscum-  
que generis fuerint affici possunt καὶ  
καὶ ἐν id est & vnaquæque separatim  
ab aliis, ita ut pars quæ afficitur, tota se-  
paratim afficiatur, ut quando solus spi-  
ritus vel solus sanguis totus, vel quævis  
alia pars separatim & tota (reliquis ille-  
gis remanentibus) vitatur: καὶ κατὰ  
μέρος id est & particulatim, quando ni-  
mirum pars aliqua non tota quidem,  
sed aliqua ex parte corrumpitur, ut  
quando pars aliqua spiritus & non to-  
tus spiritus alteratur aut corrumpitur,  
vel quando sanguinis aut carnis, aut  
alterius partis portio aliqua afficitur,



non autem totus sanguis, aut tota caro,  
aut tota alia aliqua pars.

*a Ca. 9 lib. 5.  
simplicium.*

Hipp. spiritum à calore hoc loco di-  
stinguit, propterea quòd caloris innati  
substantia aërea & sanguinea sit, & in-  
ter spiritum & humorem quodammo-  
do media ut author est<sup>a</sup> Galenus. Distin-  
guit quoque sanguinem, pituitam, & bil-  
lem [vtramque] ab humoribus, quod  
humorum nomine, excrementitios tam-  
tum humores hoc loco intelligat.

26

μέγας αὐτῶν, μέγα καὶ ὁ μέγας.

*Magnitudo ipsorum magna & non  
magna.*

*b cap. 6. lib.  
4. & cap. ult.  
d. 7. method.*

Quum morborum magnitudo vel in  
affectus magnitudine vel in eiusdem  
malignitate, vel in affectæ partis præ-  
stantia spectetur ut author est Gale-  
nus: quid impedit, quo minus vnus &  
idem morbus simul etiam magnus sit  
& non magnus? Sic enim qui sua mali-  
gnitate re ipsa morbus magnus est, pau-  
uus esse potest, vel affectæ partis, vel qu-  
tatis ipsius affectionis ratione.

τεκμήριον



τεκμίσια. γαργαλισμός. ὀδύνη. ῥῆξις. γνώ-  
μη. ἰδρώς. ἔρων. ὑπόστασις. ἡσυχία. ῥιπτα-  
σμός. ὄψις. φαντασία. ἰκτερος. λυσμός. ὅπτι-  
κη ψή. αἷμα ὀλοσκερές. ὕπνος καὶ ἐκ τῶτων  
ἐκ τῶν ἄλλων τῶν φύσιν, καὶ ὅσα ἄλλα  
τοῖς τρόποις ἐς βλάβην καὶ ἐς ὠφελὴν ὁρμαῖ.  
πόννοι ὅλθ, καὶ μέρεος.

*Signa, pruritus, dolor, ruptura, mēs,  
sudor, urinarum subsidentia, quies, ia-  
tatio, visus, imaginationes, icterus, sin-  
gultus, epilepsia, sanguis purus, somnus,  
& ex his & ex aliis quæ secundum  
naturam [sunt], & quæcumque alia  
huiusmodi in detrimentum & in vi-  
tatem impetu ruunt, labores totius &  
vel partis.*

Signorum septem genera <sup>a</sup> enume-  
rat Gal. alia enim pathognomonica di- <sup>a Cō. in aph.  
12 li. 1. apb.</sup>  
cuntur id est passionem significantia: a-  
lia assidentia, quæ morbi proprias diffe-  
rentias constituunt, alia critica: alia co-  
mitionis: alia cruditatis: alia salutis: alia  
mortis. Hipp. autem hoc loco, non om-  
nes eiusmodi differentias recenset, sed  
tantum affectiones, quæ vel sine cau-



fa externa & manifesta morbos aliment  
ti vitio ortos ostendunt. vel alias quæ  
iisdem morbis assident, idque admo-  
dum breuiter suo more. sic enim ferè  
lib. 1<sup>a</sup> epid. notas ex quibus morbi ge-  
neraliter dignoscuntur, enumerat. Per  
labores, spontaneas intelligit lassitudines,  
quæ omnes soboles sunt, vel plenitudi-  
nis tantum, vt tensuæ, vel vitiosorum  
humorum solùm, vt vlcerosæ, vel vtrius-  
que affectionis simul vt phlegmonosæ.

*a* Aph. 1.  
Sect. 3. lib. 1.  
epid.

*b* Lib. 3 & 4.  
de Sanit. tue  
da.  
Com. in aph.  
5. lib. 2. apho.

28

καὶ μεγέτης σημεῖα, τὸ μὲν, ἐς τὸ μᾶλλον  
τὸ δὲ, ἐς τὸ ἥσσον. καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ  
μᾶλλον, καὶ ἀπ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἥσσον.

*Et magnitudinis signa, huius quidem,  
ad id quod maius, illius verò ad id  
quod minus & ab vtrisque ad id quod  
maius, & ab vtrisque ad id quod  
minus.*

Hipp. paulò superius morbos aliment  
vitio genitos, & magnos simul & nomi-  
magnos esse dixerat, nūc verò eorundē  
morborum signa pathognomonica vel  
assidentia, & maiores, & minores mor-  
bos simul ostendere ait. diuersis tamen  
rationibus vt antea demonstrauiamus.



γλυκύ. ὃ γλυκύ. γλυκὺ ἐς δύναμιν, οἷον  
 ὕδωρ, γλυκὺ ἐς γεύσιν, οἷον μέλι. σημήια  
 ἑκατέρων ἔλκεα, ὀφθαλμοί, καὶ γεύσιες. καὶ  
 ἐν τούτοις τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἥσσον. γλυκὺ  
 ἐς τὸ ὄψιν καὶ ἐν χρώμασι, καὶ ἐν ἄλλῃσι μί-  
 ξεσι γλυκὺ μᾶλλον καὶ ἥσσον.

29

*Dulce, non dulce, dulce ad potentiam  
 ut aqua. dulce ad gustum velut mel.* <sup>a Gal. lib. 5.  
 secundum lo-  
 cos. cap. 1.</sup>  
*Signa utrorumque, ulcera, oculi, & gu-  
 stus. & in his magis & minus. Dulce  
 ad visum & in coloribus, & in aliis  
 mixturis. Dulce magis & minus.*

Quemadmodum Hipp. naturæ va-  
 rietatem & unitatem sumpto argumen-  
 to ab alimentis, item à medicamentis, ab  
 excrementis, à magnitudine morbo-  
 rum, & ab eorundem signis antea de-  
 monstauerat, ita quoque & nunc i-  
 dem exemplo dulcedinis ostendit: pro-  
 pterea quòd omne nutrimentum (de  
 quo disputatio instituta est) dulce sit:  
 ipsa enim dulcedine, alimentum <sup>b Aristot. de  
 sensu & sen-  
 sili.</sup> cum  
 nostra natura, substantiæ similitudi-  
 nem & familiaritatem habere intel-  
 gimus, atque ob id gustus animan-  
 tibus datus est ut existimat <sup>c Gale. Cap. 15. li.  
 4. simplic.</sup>



*a Gal. cap. 7.  
li. 1. Simplic.*

*b Cō. in aph.  
16. lib. 1. aph.*

Constituit autem Hipp. triplex genus dulcedinis vt eius homonymiam facilius explicet. Aliud enim esse ait dulce ad potentiam id est ad tactum, vt aqua cuius dulcedo deprehenditur in vlceribus, propter eorum sensum admodum exquisitum, vt non mirum sit, *a* si Gal. vlcera aqua irrigare iubeat vt de eius facultate melius iudicemus: aliud dulce ad Gustum vt mel, quod proprie dulce dicitur, quod gustus sensu, (qui saporum index est) dignoscatur: aliud denique dulce ad visum, vt permisti colores & variegati, de quibus iudices sunt oculi. His tribus dulcedinis generibus, addere possumus, dulce ad olfactum & dulce ad auditum, vt dulcedinis generibus ipsis respondeant. Nam Hipp. frequenter (vt ait *b* Gal.) vnus aut duorum mentione facta, reliqua quæ sunt eiusdem ordinis atque naturæ intelligit, quamuis ea expressis verbis non recensuerit, modo idem habuerint iudicium cum iis quæ ab eo dicuntur.

ἁραιότης σώματος ἐς Ἀγπνοὴν, οἷσι πλέων ἀφαίρεται, ὑγεινότερον. πικρότης σώματος Ἀγπνοὴν, οἷσιν ἐλάττω ἀφαίρεται, νοσηρόν.



οἱ Διὰ πνεόμῃνοι χαλῶς, ἀσθενέστεροι καὶ ὑγι-  
 νώτεροι, καὶ εὐανάσφαλτοι. οἱ Διὰ πνεόμῃνοι  
 χαλῶς, πρὶν ἢ νοσέειν, ἰχυρότεροι. νοσήσαντες  
 δὲ, δυσανάσφαλτοι. ταῦτα δὲ, καὶ ὅλῳ, καὶ  
 μέρει.

*Raritas corporis ad perspirationē, qui-  
 bus amplius aufertur, salubrior. Densi-  
 tas corporis ad perspirationem, quibus  
 minus aufertur, morbida. Qui bene  
 perspirant debiliores & saniores [sunt],  
 & à morbo faciliè conualescunt. Qui  
 malè perspirant priusquam ægrotent for-  
 tiores sunt, ubi verò ægrotarunt, difficile  
 à morbo conualescunt. Hæc autem &  
 toti & parti.*

Quoniam magna pars morborū qui  
 ab alimento & causis internis ortum  
 habent, propter retenta excrementa o-  
 riuntur, quorum prouentus altera no-  
 stri interitus causa est, ut existimat <sup>a</sup> Ga <sup>a</sup> Lib. i de  
 lenus. Ideo Hipp. hoc loco breuiter do <sup>sanitate tu-</sup>  
 cet quæ corpora magis sana sunt & quæ <sup>enda.</sup>  
 minus, quatenus ad ipsorum excremen-  
 torum vacationem attinet, ut pluribus



*a lib. de opti-  
ma corporis  
constitu. lib. 1.  
et 6. de Sa-  
nit. tuenda.  
Com. in aph.  
1. Sect. 3. lib.  
6. epid.*

*b Cō. in aph.  
44. lib. 2. a-  
phorif.*

31

locis exposuit <sup>a</sup> Gal. Diligenter tamen animaduertendum est, Hippocratem hoc loco nō simpliciter & omnino, corpora rariora salubriora esse existimare, sed quatenus ad ipsorum excrementorū vacuationem tantum attinet, & cū densioribus comparata. Nam neque hæc, neque illa simpliciter salubriora dicenda sunt, sed ea quibus neque crassitudo adest neque gracilitas, id est bene com- moderata, quæ neque rara neque den- sa sunt, sed media, ex eiusdem <sup>b</sup> Galeni sententia.

πνέμων ἐναντίον σώματι ῥοφίω ἔλκει. τὰ δ' ἄλλα πάντα πλεὺς αὐτῷ.

*Pulmo contrarium corpori alimentū trahit. reliqua verò omnia idem.*

*Cap. 9. lib. 7.  
de usu par-  
tium.*

Vsus alimenti à pulmone attracti duplex est. attrahitur enim à pulmone (motu thoracis) alimentum id est aër, vel ut calor nativus refrigeretur, vel ut spiritus vitalis nutriatur, foueaturque. Vtroque autem modo alimentum ad pulmones attractum contrarium est, & ipsi corpori, & reliquo alimento quo nutritur. Nam alimentum omne (exce-



pto aëre) quatenus nutrit calefacit, aucta nimirum caloris natiui substantia, aër autem (vt ex Galeni sententia dictum est) refrigerat. Ad hæc, alimentum quod à reliquis partibus attrahitur, quoniam ex terra & aqua constat, coquendo crassescit vt demonstrat<sup>a</sup> Aristoteles, at aër quo magis elaboratur dum spiritus nutrit eo magis attenuatur.

*a Cap. 5. li. 3.  
de partibus  
animalium.*

32

ἀρχὴ τοῦ πνεύματος, ῥίνας. στόμα. βρόγχος. πνεύμων. καὶ ἡ ἄλλη ἀναπνοή.

*Principium alimenti spiritus, nares, os, guttur, pulmo, & reliqua respiratio.*

Quemadmodum tres sunt nostri corporis partes, spirituosæ nimirum, humida & solida, ita tria alimentorum genera constituit Hipp. naturæ admirabilis interpres, videlicet, spirituosæ, humida & sicca: vt unicuique parti proprium respondeat alimentum. Et vt alimentum spirituosum nullum fere habet cum reliquis duobus commercium, vt paulò ante demonstrauius, ita & eius organa ab aliorum alimentorum instrumentis distincta esse nunc docet<sup>a</sup>. Nares (vt ait

*a Cap. 11. li. 11. de usu partium.*



Lib. de usu  
respirationis  
& lib. 2. de  
placitis Hip.  
& Platon.

Gal.) sunt primum instrumentum spiri-  
tus in bene habente animali, quod si na-  
res vel impeditæ fuerint, vel non suffici-  
ant, vt quando magna respiratione o-  
pus est, tunc os principium spiritus erit.  
Ob id enim ait Hipp. nares, os, larinx.

33

ἀρχὴ βροφῆς καὶ ὑγρῆς καὶ ξηρῆς. στόμα. τό-  
μαχος. κοιλίη. ἡ δὲ ἀρχαιότερη βροφὴ, ἀλ-  
γὴ δ' ἐπιγαστήρ, ὀμφαλός.

*Principium alimenti & humidi &  
sicci, os, stomachus, venter, antiquius au-  
tem alimentum per epigastrium umbi-  
licus.*

b Cap. 8. li. 7.  
de usu par-  
tium.

Si enim aër externus sine aliqua præ-  
paratione non potest repente fieri ali-  
mentum eius spiritus qui in animali est,  
multo minus alimenta humida & sicca  
nutrient, nisi prius exquisitè concoquā-  
tur: Ideo sicut superiori sententia nares  
os βρόγχον id est laringem & asperam  
arteriam, & pulmones, primæ alteratio-  
nis alimenti spirituosæ instrumenta esse  
dixerat Hipp. ita & nunc primæ muta-  
tionis humidi & sicci alimenti organa,  
os, stomachum & vētrem esse ait. Nam



sicut nares & aspera arteria, aërem pulmonibus (in quibus perfecte primo elaboratur) præparant, ita etiam os & stomachus, humida & sicca alimenta, ventriculo in quo prima concoctio absoluitur. Quod tamen intelligendum est, in animali iam in lucē edito, nam quādiu in vtero concluditur cum sit veluti matris pars per vmbilici vasa, omnis generis alimenta, vt recte <sup>a</sup> censet Gal. attrahit: quod etiam aliis locis antea (suffragante experientia) demonstraerat <sup>b</sup> Hipp. Quamuis author libri de carnibus male scripserit puellū in vtero matris labra comprimendo fugere & ita alimentum trahere. Ex hac Hipp. sententia de principio alimenti humidi & sicci, Gal. eorum opinionem qui putabant in corde alimēti alterationis principium & animæ sedem esse refutat.

<sup>a</sup> Cap. 5. lib. 15. de usu partium.

<sup>b</sup> Lib. de oculi & stri partu & lib. de natu. pueri.

Ad finem lib. 2. de placitis Hipp. & Plato.

ρίζωσις φλέβων, ἢ καὶ. ρίζωσις ἀρτηριῶν, καρδία. ἐκ τούτων ἀποπλανᾶται ἐς πάντα αἷμα καὶ πνεῦμα. καὶ θερμασίη διὰ τούτων φοιτᾷ.

34

*Radicatio venarum, hepar Radicatio arteriarum, cor. ex his aberrant in*



*omnia sanguis & spiritus, & calor per  
hæc meat.*

Sicut paulo antè instrumenta primæ alterationis alimēti spirituosī, ab instrumentis primæ præparationis & coctionis alimēti humidi & succi distinxerat: ita quoque nunc secundæ coctionis & distributionis eorundem alimentorum organa, separat: docetque hepar secundæ coctionis alimēti humidi & sicci, id est sanguinis, primum & proprium instrumentum esse, propterea quod venarum (quæ sanguinem continent & toti corpori distribuunt) radix sit. Neque enim aliunde quàm à sua radicatione, cuius sunt ministræ & dispensatrices, sanguinē habere possunt. sequetur ergo quòd sanguis prius fuerit in hepate quàm in ipsis venis, & etiam quod iecur sit eiusdem sanguinis officina, quum nulla alia pars, quæ sanguinem generare possit, inter ventriculum primæ coctionis officinam, & ipsum hepar reperiatur. Eadem prorsus ratione cor esse secundæ præparationis alimenti spirituosī offici-



nam censet, quod nimirum ab eo arteriæ omnes oriantur. Per venas igitur ex hepate sanguis, & per arterias ex corde spiritus in vniuersum corpus distribuuntur. At calor natiuus ex vtroque viscere, per vtraque vasa vniuersum corpus perreptat, quoniam caloris substantia vt antea diximus partim aërea partim autem sanguinea est.<sup>a</sup> Aristoteles tamē venarum omnium & arteriarū cor esse principium existimauit: cuius opinionē tū hac Hipp. autoritate tum etiā rationibus quibusdam cōfutat b Gal. de Placitis Hipp. & Plato.

a Cap. 9. li. 2  
et cap. 4. lib. 3. de partibus animal. item cap. 4. lib. 2. de generat. animalium.  
b lib. 6. de placit. Hipp. et Plato.

δύναμις μίη καὶ ἡ μίη, ἢ πάντα ταῦτα καὶ τὰ ἑτεροῖα διοικέεται. ἢ μὲν, ἐς ζῶν ὅλος καὶ μέρος. ἢ δὲ, ἐς ἀόθισιν ὅλος καὶ μέρος.

35

*Vis vna & non vna, qua hæc omnia & alia gubernantur. vna quidem, ad vitam totius & partis: altera autē, ad sensum totius & partis.*

Vult Hipp. facultatē animalium corpora regentem vnā quidē genere esse, plures verò specie: ita enim hūc locū exponit



*a Lib. 7. de  
decretis Hipp.  
& Plat.*

*e Cap. 10. li.  
9 methodi.*

*d Cap. 3. de  
Sympto. diff.*

Gal.<sup>a</sup> lib. 2. aph. Quòd autem facultas propter suam perfectionem vna sit alio loco demonstrauerat. vbi eadem in tres distribuit videlicet in concupiscibilem, irascibilem & rationalem, siue in naturalem vitalem & animalē vt <sup>b</sup> alio loco exposuit. Et quamuis Hipp. duas tantum facultatis species nunc recenserit, quarum altera ad vitā altera ad sensum pertineat: nihilominus tamen eiusdem facultatis tripartita distributio legitima etiam erit, quum hīc vitæ nomine naturalem etiam facultatem intelligat Hipp. quoniam naturales & vitales facultates tam arctē inter se colligantur, vt alterutrius nomine, altera frequentissimè etiam comprehendatur: vt non mirum sit si <sup>c</sup> Galenus ipse facultates omnes aut naturales aut animales esse aliquando existimauerit.

36

γάλα. τροφή οἷσι γάλα τροφή καὶ φύσιν. ἄλλοισι δὲ ἔχει ἄλλοισι δὲ οἷσιν, οἶνος τροφή. καὶ οἷσιν ἔχει τροφή. καὶ σάρκες. καὶ ἄλλαι ἡδέαι τροφῆς πολλά. καὶ καὶ χόρην καὶ ἐρισμὸν βέφεται, τὰ μὲν, ἐς αὐξήσιν, καὶ ἐς τὸ εἶναι. τὰ δὲ, ἐς τὸ εἶναι μόνον οἷον γέροντες. τὰ δὲ πρὸς



τῶν, καὶ ἐς ῥώμην. Ἀγῶνις ἀθλητικῇ, ὅ  
φύσιν. ἕξιν ὑγιανῆ κρείστων ἐν πᾶσι. μέγα τὸ  
ποσὸν εὐτόχως ἐς δύναμιν συναρμολογεῖται.

*Lac nutrimentum quibus lac secundum naturam nutrimentum[est]. aliis verò non. aliis autem quibusdam vinū alimentum[est] & quibusdam non alimentum. & carnes & aliae multae alimentum species, & pro regione & consuetudine alunt, quaedam ad incrementum, & ad esse, quaedam verò ad esse solum, ut in senibus. quaedam autem supra hæc etiam ad robur. Dispositio athletica non est à natura. Habitus sanus potior est in omnibus. Magna res quantitas ad vires & opportunè prudenter accommodata.*

Superius demonstraui Hipp. facultatem vnam quidem esse genere, specie verò non vnam sed multiplicem: Nunc autem vnam & eandem specie facultatem variam admodum & multiplicem etiam esse (si ad singulos referatur) de-



monstrat: sumpto argumento ex subiecta materia facultatis naturalis nutricis & auctricis, id est ex alimento & eius triplici fine: quod quidem alimentum, ostendit facultatem naturalem specie vnam, singulorum ratione multiplicem esse, siue alimentum illud referatur ad esse tantum id est ad substantiæ conseruationem & nutritionem solum, vt in senibus, siue ad augmentum, vt in iis qui crescunt: siue ad robur vt in athleticis, tot enim de causis in sanitate alimenta exhibemus. Ac si ita diceret Hip. naturalis facultas & si specie vna sit, ad singulos tamen relata non vna est, sed multiplex, nam facultas naturalis eius cui secundum naturam alimentum lac est, ipsum concoquit & in alimentum conuertit, illius verò, cui non conuenit, minime.

*a lib. 1. de Sanit. tuenda ex cap 7. lib 15. vsus partium*

Lac autem <sup>a</sup> ex Gal. sententia alimentum maxime secundum naturam & familiare est, puerulis recens in lucē editis, item iis quorum ventriculi sunt temperati: at illis qui vel calidiorē vel frigidiorē ventrē habent & aliis quo-



rum meminit <sup>a</sup> Hipp. lib. 5. Aphor. lac <sup>a</sup> Aph. 64. li.  
 alimentum non est. Similiter quoque <sup>5</sup>  
 iudicandum est de vino, quod quibus-  
 dam alimentum tantum est, <sup>b</sup> aliis ve- <sup>b</sup> lib. 3. temp.  
 rò non tam alimentum quàm medica-  
 mentum, non quidē alia de causa quàm  
 ob singulorum facultatis alteratricis va-  
 rietatem, etiam si specie vna sit. Idem  
 fere dicemus de carnibus, & de multis  
 aliis alimentorum generibus, quæ etsi  
 omnibus alimēta sint, conueniāntque,  
 non tamen omnes similiter nutriunt,  
 nam alios vt senes, nutriunt tantum &  
 in suo esse conseruant, alios vt eos qui  
 crescunt, non solūm nutriunt, sed etiam  
 augent, alios vt athletas (quorum dis-  
 positio naturalis non est sed artificiosa)  
 robustiores faciunt. Huiusmodi autem  
 alimenti varietas non aliunde proue-  
 nit, quàm ab alteratricis facultatis va-  
 rietate, quæ non eadem est, in iis qui  
 crescunt, in ætate consistentibus & in  
 senibus.

γάλα καὶ αἷμα, τροφῆς πλεονασμός. πλεί-  
 οδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, ἐς ἐμβρυον καὶ ἐς πλὴν  
 τὰ τὰ τροφήν. αὐθις δὲ ἄνω ῥέπει, ἐς γάλα,  
 καὶ ἐς τροφήν, καὶ ἐς βρέφος.



*Lac & sanguis, alimenti [sunt] redundantia. Circuitus ad multa consoni [sunt], ad fœtum & ad eius alimentũ. Rursus autem sursum repit, ad lac & ad alimentum, & ad infantem.*

Probauit superius vnã genere facultatem, specie esse non vnã, demonstrauit quoque & quòd vna etiam naturalis facultas specie, ad singulos relata varia sit. Nunc verò eandem naturalem facultatem, in vno etiã indiuiduo, ratione circuitus & prouidentię ipsius naturę, variam quoque esse demonstrat, vt accuratius facultatem vnã, non vnã esse ostēdat: idque exemplo sanguinis quo fœtus in vtero nutritur, & lactis, quo post partum, infans educatur. Nam quamuis (vt ait Galenus) vnus fere naturę duo hæc alimenta sint, quod nimirum ex puriore sanguinis menstrui parte fiant (ob id enim redundantia alimenti ambo nunc ab Hipp. appellantur) plurimùm tamen tum ratione qualitatum, tum ratione locorum ad quæ feruntur, dissident. In pre-

gnante

Cap 8. lib.  
14. vsus par-  
tium.



gnante enim sanguis calidus & rubicundus deorsum ad foetus nutritionem fertur, excluso verò foetu, idem sanguis non amplius ad vterum, sed ad mammas sursum naturæ providentia & circuitu repit: vbi elaboratus, veluti recrudescit, dealbatúrque vt fiat infanti & etiam ipsis mammis conueniens alimentum. Hoc enim est quod nunc dicit Hipp. *Rursus autem sursum repit in lac, & ad alimentum & ad infrantem.*

Vna igitur facultas in vno indiuiduo, diuersos effectus & motus pro naturæ lege & circuitu producit, vt nō immeritò vna & non vna dicatur.

ζῶνται τὰ μὴ ζῶα. ζῶνται τὰ ζῶα. ζῶνται τὰ μέρη τῶν ζῶων.

38

*Viunt quæ non sunt animalia. Viunt animalia. Viunt partes animalium.*

Facultatem naturalem quam & vnā & non vnam esse antea demonstraue- rat, non solum in animalibus inesse, sed etiam in non animalibus, & in animalium partibus, nunc etiam docet, hoc modo. Quæcumque viuunt, facultate naturali pre- dita sunt, viuunt autem & quæ non



sūt animalia, & animalia, & animalium  
 partes, ergo & nō animalibus, & anima  
 libus & animalium partibus facultas natu  
 ralis inerit: quæ quidem facultas natura  
 quæ dā est indocta & citra disciplinam  
 quæ oportet faciens. Viuentia autem o  
 mnia facultate naturali prædita esse ex  
 doctrina <sup>a</sup> Aristotelis facile intellige  
 mus, vitalem enim perpetuo naturalis  
 facultas præcedit. Quòd autem multa,  
 quamuis animalia non sint, viuant ta  
 men, hoc modo demonstrari potest.  
 Quod in vtero conceptum est, ante  
 quam sentiat animal nō est, <sup>b</sup> quoniam  
 animal sensu definitur, nutritur tamen,  
 quoniam augetur, quod <sup>c</sup> sine nutritio  
 ne fieri non potest, quòd si augeatur, vi  
 uat necesse est, <sup>d</sup> augentur enim ea tan  
 tum quæ viuunt, bene ergo sequetur  
 quòd multa viuant quæ animalia non  
 sunt. Quòd etiam animalia viuant, ma  
 nifestum est, quum eorum essentia <sup>e</sup> cū  
 anima coniuncta sit, anima <sup>f</sup> autem sit  
 corporis causa principiumque viuētis.

<sup>a</sup> Cap. 2. li. 2.  
 de Anima.

<sup>b</sup> Arist. cap.  
 4. lib. 3. de  
 partibus A  
 nimalium cap.  
 4. lib. 2. de ge  
 nerat. Ani  
 malium. <sup>c</sup>  
 Gal. li. de sub  
 stantia facult.  
 natural.

<sup>c</sup> li. 1. facult.  
 natural.

<sup>d</sup> li. 2. facult.  
 nat.

<sup>e</sup> Cap. 1. lib. 1.  
 de partibus

animalium

<sup>f</sup> Cap. 1. lib.  
 2. de anima.



Disputationem de vnitatē & varietate naturæ epiphonemate concludit Hipp. quasi dicat, non est quod quæramus cur lac & vinum quibusdam sint alimenta tantum, aliis verò minimè: aut cur carnes, alios tantum nutrant, alios maiores reddant, alios verò robustiores: vel quare natura alias sanguinem deorsum mittat ad fœtus in vtero nutritionem, alias verò sursum ad mamas, vt recens natus infans lactetur: aut quomodo & quæ non sunt animalia, & animalia, atque eorum partes nutrantur, augeantur, & viuant? quoniam hæc omnia sunt opera naturæ, quæ à nullo edocta, diuina tantum prouidentia regitur & quæ agenda sunt nouit: eius enim virtus, omni arte excellentior & validior est, ad ea facienda quæ animalibus conferunt. Atque ob id hanc admirabilis Hippocratis mirabilem sententiam <sup>a</sup> Galenus toties mirari solet, quoties naturæ secreta rimatur & diligentius perquirat. Eadem ferè sententia habetur apud eundem <sup>b</sup> Hipp. lib. 6. Epid.

<sup>a</sup> Cap. 4. lib. 1.  
de usu partium  
lib. 1. de natura facult. lib.  
9. de placitis  
Hipp. & pla  
20. cap. 6. li. 6  
loco affect.  
<sup>b</sup> Aph. 2.  
Sect. 5.



αἷμα ἀλλότριον, ὠφέλιμον. αἷμα ἴδιον, ὠφέλιμον. αἷμα ἀλλότριον, βλαβερὸν. αἷμα ἴδιον βλαβερὸν χυμοί, ἴδιοι, βλαβεροί. χυμοί ἀλλότριοι, βλαβεροί. χυμοί ἀλλότριοι, συμφέροντες. χυμοί ἴδιοι, συμφέροντες τὸ συμφωνον, ἀσφωνον. τὸ ἀσφωνον, ἑυμφωνον.

*Sanguis alienus utilis, Sanguis proprius utilis : Sanguis alienus nocuus: Sanguis proprius nocuus. Humores proprij damnosj: Humores alieni damnosj. Humores alieni iuuantes: Humores proprij iuuantes. Consonans, dissonans [est], dissonans, consonans [est].*

Superius alimenta vt sanguis, lac, vinum, carnes, & similia varios effectus producere propter naturalis facultatis varietatem & admirabilem naturę motum docuit: nunc verò tam diuersitatē quàm etiam similitudinem effectus alimentorum demonstrat. non quidem pro natura & diuersitate ipsius facultatis, sed propter ipsorum nutrimentorum diuersitatem aut conuenientiam, quæ quidem efficiunt vt & sanguis proprius & sanguis alienus, sint & vtilis & nocui.



Vt autem facilius quid sibi velit Hipp. intelligamus, quærendum diligēter est quid alieni nomine nunc intelligat, & quid nocui, itē quid proprij & quid vtilis. <sup>a</sup> Aristoteles enim ea omnia quæ corrupta & præter naturam sunt, aliena appellat, <sup>b</sup> Galenus verò non solum quod qualitate vitiosum est, sed etiam quod quātitate exuperat. Hipp. autem hoc loco non ita, quoniam quod alterius est, id est quod vel ad aliud indiuiduum vel ad aliam speciem pertinet, alieni nomine intelligit, quod verò qualitate tantum, vel qualitate & quantitate simul peccat, nocuū vocat. Sic enim sanguis maternus non est sanguis proprius ipsius foetus, sed alienus ad ipsum foetum collatus, est enim in alio indiuiduo & ob id in alieno corpore, est tamē ipsi foetui vtilis ad sui nutritionem, si suam quantitatem & qualitatem legitimam seruauerit, nocuus verò si qualitate peccauerit & ita corruptus ad foetum deducatur. Idem cēsendum est de sanguine proprio, id est de sanguine in proprio corpore contento & genito,

<sup>a</sup> Proble. 14.  
Sect. 4.

<sup>b</sup> Cap. 11. li.  
2, de diff. Fe-  
brium.



nocet enim si qualitate peccauerit & corrumpatur, utilis verò est, si quantitatem legitimam & etiam qualitatem seruauerit. Idem omnino iudicandum est: de aliis humoribus alienis & propriis in massa sanguine contentis. Hinc enim accidit ut consonas, dissonans dicatur, & contrà, quādo nimirū quod propriū est, inutile fit, aut quod alienum utile.

41

γάλα αλλότριον, ἀσείον. γάλα ἴδιον, βλαβερόν. γάλα αλλότριον, βλαβερόν. γάλα ἴδιον, ὠφέλιμον.

*Lac alienum bonum. Lac proprium nocuum. Lac alienum nocuum, lac proprium utile.*

Demonstrauimus, alienum id esse: quod vel ad aliud indiuiduum, vel ad aliam speciē pertinet, de utroque enim loquitur Hipp. Prius namque de alieno ratione indiuidui differuit, ut de sanguine alieno & de aliis alienis humoribus, nūc verò de alieno ad speciem collato. Sic enim dicimus lac vaccinum vel caprillum, vel asininum, infanti recens nato alienum esse, quia sit alterius speciei, lac verò matris propterea quod



fit eiusdem speciei, proprium. Vtrumque enim potest esse & commodum & nocuum: cōmodum quidem si nulla aliena qualitate infectum fuerit, damnosum verò si insigni aliqua mala qualitate quæ ad infantem transferri possit, infectum sit.

σιτίον, νέοισιν ἀκροσάπες. γέρονσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον. ἀκμάζουσιν ἀμετάβλητον.

42

*Cibus [in] iuuenibus facile putrescit. [in] senibus verò ad extremum transmutatus. [in] his qui in vigore ætatis consistunt impermutabilis.*

Redit Hipp. ad facultatis naturalis varietatem quæ pro natura temperamenti per ætates immutati, multum varia est, in cibi alteratione. Cibus autem in humiditate & caliditate temperatū, ut nostræ naturæ maxime familiarē hoc loco intelligit, qui pro sumentis temperamenti varietate, vel putrescit, vel maxime transmutatur, vel minime immutatur secundū illas duas qualitates, quāvis enim alimentū propter totius substantiæ proprietatē nutriat, ut antea demonstratū



*a Cō. in aph.  
26. lib. 3.*

est, quoniam tamen vita nostra in calido & humido consistit, ideo ut cibus nutriat & nostræ naturæ assimiletur, calidus & humidus fiat necesse est. quumque hæ qualitates putredini maximè obnoxia sint, sequetur ut cibus caliditate & humiditate etiam temperatus facile putrescat in corporibus iuuenum, quorum temperamentum calidum & humidum est: quod & experientia docet: sūt enim *a* iuvenes morbis à putredine maxime obnoxij, ut febribus putridis, abscessibus omnis generis, lūbricis pediculis, & similibus. In senibus verò, cibus humiditate & caliditate tēperatus maximè immutatur, quum enim senes frigidi & sicci temperamento sint, & cibus eos nutrire non potest, nisi assimiletur partibus nutriendis, necesse est ut calidum & humidum cibi temperamentum, in frigidum & siccum à senum natura immutetur, quæ est extrema mutatio, quia à contrario in cōtrarium. At in iis qui in ætatis vigore consistunt, quoniam omnium maxime temperati sunt, cibus in calido & humido tempe-



ratus (quātum ad eas qualitates attinet) non immutatur dum nutrit. Hoc autē loco Hipp. totam ætatem in tres tantū partes distribuit, quem, imitatus est Galenus lib. 2 de temperamētis, quamuis<sup>b</sup> alias in quatuor partes,<sup>c</sup> alias verò in plures eandem ipsam partitus fuerit.

<sup>a</sup> Gal. li. 2 de temp. in principio.

<sup>b</sup> Cō. in paratūculam 7. li. de Salubri dieta.

<sup>c</sup> Cō. in aph. 25. 26. 27. & 28. lib. 3. & in aph. 7. & 9. lib. 5. aph.

ἔς τύπωσιν, λέ', ἡέλιοι. ἔς κίνησιν. ο'. ἔς τελείωσιν. σί'. ἄλλοι φασι ἔς μορφήν, μέ', ἔς κίνησιν, οτ'. ἔς ἔξοδον, σί'. ἄλλοι, ν' ἔς ἰδέωσιν. ἔς ὄρωσιν ἄλμα, ρ'. ἔς τελείωσιν. τ'. ἔς ἀφ' ἑκπύωσιν. μ'. ἔς μεταβάσιν, π'. ἔς ἑκπύωσιν, σμ'. Οὐκ ἔστι καὶ ἔστι. γίνεται δὲ ἐν τέτοις καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω. καὶ ὅλον καὶ ἡ μέρους. ὃ πολλὸν δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω. τὰ δὲ ἐλάσσω τοσαῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα τέτοις ὅμοια.

43

*Ad formationem trigintaquinque soles. ad motum septuaginta, ad perfectionem ducenti & decem. Alij dicunt ad formam quadraginta quinque, ad motum septuaginta sex, ad exitum ducenti & decem. Alij quinquaginta ad formam, ad primum saltum, cētum, ad perfectionem trecenti. [Alij] ad discriminationem quadraginta, ad transitū*



octoginta, ad elapsum ducenti quadraginta. Non est & est. Gignuntur autem in his & plures & pauciores & [secundum] totum & secundum partes. Non multo autem plures aut pauciores. Pauciores verò tot & quæcunque alia his similia.

Sicut antea facultatis naturalis nutriticis & auētricis varietatem notauerat, ita quoque & nunc varios potestatis generatricis motus in conformando, mouēdo, & excludendo foetu breuiter notat Hipp. qui quidem motus etsi per stata tempora fiant, non tamen pro temporis statu, aut pro numerorum certo modulamine, vt in Somniū Scipionis somniauit <sup>a</sup> Macrobius, sed potius pro ipsius naturæ viribus, (quum sint naturæ opera) perficiuntur, vt piè & doctè notauit S. Iustinus philosophus & Martyr. <sup>b</sup> Fiunt igitur huiusmodi naturæ motus citiores vel tardiores à temperamento & viribus ipsius seminis, siue iam conformati foetus: statis verò temporibus

<sup>a</sup> Cap. 6. li. 1.

Questions  
69 ad ortho-  
doxos.

<sup>b</sup> Vide Hipp.  
lib. de natu-  
ra pueri. lib.  
de Septime-



& certis dierum vel mensium circuitibus, ab insita & natiua proprietate eiusdem feminis vel foetus.

*stri partu li.  
1. de dieta &  
ad finē Sect.  
7. lib. 6. epid.  
aph. 48. v.  
Sect. 2. lib. 6.  
epid. & ibi  
Gal.*

Οστέων ῥοφή ἐκ κατ' ἑξῆος ῥινί δις πέντε.  
γνάθω καὶ κληίδι καὶ πλευρῇσι διπλάσια  
πῆχϊ, ῥιπλάσια κνήμῃ καὶ βραχίονι, τε-  
τραπλάσια. μηρῷ πενταπλάσια καὶ εἴτι ἐν  
τέτοισι δύναται πλέον ἢ ἔλασσον.

44

*Ossium alimentum ex fractura, Naso  
bis quinque, Maxilla, & clavicula &  
costis duplicia. cubito triplicia, tibiae &  
brachio, quadruplicia. Femori quintu-  
plicia, & si quod in his plus aut minus  
potest.*

Demonstrat adhuc Hipp. facultatis naturalis nutricis varietatem nō solūm in indiuiduo, sed etiam in partibus vnius generis eiusdem indiuidui, nimirū in ossibus, quæ quamuis sint eiusdem naturæ & temperamenti, eiusdem ætatis & in eodem indiuiduo, tamen, sicut non pari alimenti quantitate, ita neque eodem tēporis spacio nutriūtur: Quoniam & quantitas alimenti ossium, & temporis interuallum quo nutriuntur,



ipforum crassitie semper proportionem  
 respondent, ut si nasi id est generis superio-  
 ris os quod nasum attingit alimentum qua-  
 titas sit, verbi gratia ad decem, alimen-  
 tum maxillae inferioris, costarum, & iu-  
 guli, quorum crassities ossium nasi cras-  
 sitiem dupla proportionem excedit, du-  
 plo etiam maius erit, & duplo temporis  
 intervallo nutriet, quod ex ipsorum fra-  
 ctura siue ex fracturae curatione intelli-  
 getur. Etenim ossium fracturae curatio,  
 eorundem ferruminatio siue coalescen-  
 tia quaedam est, quae nutritione fit: &  
 ideo quo crassiora fuerint, eo maiorem  
 alimenti copiam, & longius tempus ut  
 coalescant, postulant, quo fit ut si nasi  
 ossis alimentum sit ex hypothesi ad de-  
 cem, fractusque nasus decem diebus  
 coalescat, costarum, maxillae, & iuguli  
 (quorum crassities duplo maior est) ali-  
 mentum duplum erit, & duplo tempo-  
 ris intervallo (si fracta fuerint) congluti-  
 nabuntur. Cubitus autem, quoniam  
 crassitiem triplo maiorem habet quam  
 nasus, ideo & triplo egebit alimento, &  
 intervallo temporis quo nutrietur triplo.



Tibia & brachium, quum adhuc quadruplo crassiora sint quàm nasus, & alimentum, & nutritionis tempus etiam quadruplicant. Femur denique quum quinquies crassius sit, & maiorem alimenti copiam, & longius temporis interuallum ad sui nutritionē quinquies etiam requireret. Hæc enim causa est quamobrem alia celerius alia tardius si fracta fuerint ossa, conglutinantur. Sic femur fractū quinquaginta dies ut coalescat requirit, tibia verò & brachium quadraginta, cubitus triginta, maxilla, iugulū, costæ scapulæ, os tali, calx, manus, planta, viginti ut ex<sup>a</sup> Hip. notauit  
<sup>b</sup> Celsus.

<sup>a</sup> lib. 2. de fract.

<sup>b</sup> Cap. 7. li. 8.

αἷμα ὑγρόν. καὶ αἷμα στερεόν. αἷμα ὑγρόν ἀ-  
 στερόν. αἷμα στερεόν, φλαύρον. πρὸς τι πάντα,  
 φλαύρα καὶ ἀστεία.

45

*Sanguis humidus & sanguis solidus sanguis humidus bonus. Sanguis solidus vitiosus. ad aliquid omnia mala & bona[sunt].*

Sicut nostri corporis partes tenuitate & crassitie differunt, ita & alimenta



quibus nutriuntur: omnes autem sanguine nutriuntur: ergo sanguis tenuitate & crassitie necessario varius erit. sic enim ossa propter suam crassam & terream naturam sanguine crassiore nutriuntur, pulmones verò, tenuiore, propter contrariam naturam. Hanc autem sanguinis varietatem notat Hipp. cum ait sanguinem humidum id est tenuē, & solidū id est crassum esse: & vtrumque, & bonum & malum, non quidem simpliciter, sed ad aliquid. Nam humidus, id est sanguis cui plus aquæ substantiæ & minus terreæ inest, ad humidarū partium nutritionem utilis est: crassus verò & solidus id est qui plus terreæ substantiæ quā aqueæ habet, inutilis. & contra crassus sanguis ad crassarū partium nutritionem utilis est, humidus verò inutilis. Sic non solum alimenta sed etiā medicamenta & bona & mala dici possunt diuersa ratione diuersisque respectibus, vt alio loco exposuit Galenus.

apare. 1. cap.  
3. lib. 6. comp.  
ph. loc.

46

ὁ δὲ ἀνω καὶ κάτω, μίαν.

*Via sursum & deorsum vna.*



Probat vnum & idem bonum & malū esse diuersis rationibus, si enim vna via est qua sursum & deorsum alimentum meat, vnum & idem etiam alimentum vt sanguis poterit esse bonum & malum. Quòd autem vna sit via qua natura alias sursum, alias deorsum alimētum sibi attrahat, demonstrat Gal. quādo ait hepar per venas mesaraicas ex ventriculo & intestinis, & contra, ventriculus & intestina per easdem ex hepate alimentum trahere.

Lib. 3. natur-  
facultat.

δύναμις ποφῆς κρέατον, ἢ ὄγκος. ὄγκος ποφῆς κρέατων, ἢ δύναμις.

47

*Potentia alimenti melior quàm moles. Moles alimenti melior quàm potentia.*

In alimento vt ante demonstratum est duo ante omnia considerantur, forma nimirum siue potentia propter quā nutrit, & materia siue crassamentum & moles qua illa cōtinetur. Confert autē hoc loco Hip. alimēti potentiā propter quā nutrit, cū eiusdē mole siue materia qua nutriendi vis continetur, vt probet vnum & idem alimentum ad diuersos



collatū & melius & deterius esse : nam  
iis quorum calor natiuus admodum lā-  
guidus est, potentia alimenti melior est  
quàm eiusdē moles : at illis qui ferè ple-  
thorici sunt, & quorum calor admodū  
vehemens est, moles melior est, quæ ca-  
loris actionem in humidum primige-  
nium, impedit. Potentiæ nomine possū-  
mus etiam intelligere alimentum quod  
facilè à nostro calore conficitur & de  
potestate ad actum deducitur vt alimē-  
ta humida quale est vinum, quod ali-  
quando melius est quàm moles, id est  
quàm alimentum quod propter suam  
molem difficulter à nostra natura con-  
ficitur, vt alica & multa alimenta sicca.

48

καὶ ἐν ὑγροῖσι καὶ ἐν ξηροῖσιν. ἀφαίρει καὶ  
προστίθει τὸ αὐτό. τῷ μὲν ἀφαίρει. τῷ δὲ  
προστίθει τὸ αὐτό.

*Et in humidis & in siccis detrahit  
& apponit idem. Vni quidem aufert, al-  
teri verò apponit idem.*

Vnum & idem bonum & malum  
esse probat exemplo caloris natiui, qui  
detrahit & apponit, id est consumit &  
nutrit atque auget tam humidam quam  
ficcas



ficcas partes. ob id enim, calor <sup>a</sup> nati- *a Gal. lib. I.  
de Sanie.  
tuenda.*  
uus vite & necis causa est. Vite quidem  
viuificando, augendo, & semper in lo-  
cum substantiæ deperditæ aliam resti-  
tuendo: necis verò, detrahendo, id est  
humidum primigenium depascendo &  
absumendo. Et idem calor ab altero  
quidē aufert, alteri verò apponit, quan-  
do nimirum pars vna ab altera alimen-  
tum attrahit, vt ventriculus ab hepate  
aut contrà.

49

φλεβῶν ἀγασφύξεις· καὶ ἀναπνοὴ πνεύμα-  
τος καὶ ἡλικίας, καὶ ξύμφωνα καὶ ἀγέφωνα.  
καὶ νόσος καὶ ὑγείης σημεῖα· καὶ ὑγείης μᾶλλον,  
ἢ νόσος· καὶ νόσος μᾶλλον, ἢ ὑγείης. Ὡφὴ γὰρ  
καὶ πνεῦμα.

*Venarum pulsationes, & respiratio  
spiritus pro ætate & consona & disso-  
na [sunt.] & morbi & sanitatis signa  
& sanitatis magis quàm morbi, &  
morbi magis quàm sanitatis. Alimentū  
enim, etiam spiritus [est.]*

Docet nunc alimenta spirituosæ (spi-  
ritus enim alimentū est) ad aliquid col-  
lata & consonantia & dissonantia, id est



& consentientia & dissentientia esse, quemadmodum antea humida & sicca, & bona & mala esse docuerat. Fruitur autem animans alimento spirituofo duobus modis, respiratione nimirum & arteriarum pulsu. Vtrumque coniungit nunc Hipp. quoniam vtriusque vsus & finis idem est, & materia eadem: quamuis & instrumentali causa & etiam efficiente differant. Nam respirationis (que ab animali facultate fit) instrumenta sunt thorax, pulmo, aspera arteria, nares & os: pulsus verò (qui vitalis potentie effectus est) cor & arteriæ ut pluribus locis demonstraui<sup>a</sup> Gal. Vtrumque autem immutatur non solum pro ætate & aliis causis naturalibus, sed etiã pro varietate causarum non naturalium & præter naturam, ut idem<sup>b</sup> Gal. author est, quo fit ut propter illam immutationem naturæ consentientem, aut dissentientem, & morborum & sanitatis signa sint.

*a lib. de diffi-  
cult. respirat.  
& de vsu  
puls.*

*b in intro-  
ductione de pul-  
sibus.*



*Humidum alimentum facilius trās-  
mutatur,quàm siccum.Siccum alimen-  
tum facilius transmutatur quàm hu-  
midum.*

Vt magis perspicuè doceat omnia  
alimenta tam humida quàm sicca ad a-  
liquid dici, & ad diuersos collata bona  
& mala esse, confert humidum alimen-  
tum cum sicco. Appellat autem alimen-  
tum humidum & siccum à parte in eo-  
rum crassamēto magis dominante. Nā  
cum alimentum ex aqua & terra veluti  
ex materia constet vt ante demōstrau-  
mus, illud profectò in quo aquea terreā  
substantiam superat, humidum erit, sic-  
cum verò in quo terreā aqueam. Vtrū-  
que autem ad diuersos collatum & faci-  
lius & difficilius transmutatur. Nam ali-  
mentum humidum vt vinum quum sit  
substātię tenuioris, à calore natiuo pau-  
lò imbecilliore facilius, id est minori la-  
bore & breuiori tempore laudabiliter  
transmutatur, quàm alimētum siccum  
id est terreum & crassarum partium:  
tenuior enim materia facilius patitur  
quam crassa vt demonstraui<sup>a</sup> Galen.

*a lib. 3. de  
Temper.*



*a Inproemio  
lib. 1. de ali-  
ment facult.*

*b Prob. 52. li.  
1. et 17. li. 2.*

Accidit etiam aliquando contrarium,  
nimirum, siccum alimentum, id est so-  
lidum & crassarum partium, facilius al-  
terari siue cōcoqui quàm humidum ut  
etiam testatur<sup>a</sup> Gal. propter estuantem  
ventriculi calorem, qui cibos concoctu  
faciles statim corrumpit: duros verò &  
magis calori resistentes, bene & lauda-  
biliter concoquit: vel propter consuetu-  
dinem, vel propter naturalem quendā  
habitum ingenio humano inexplicabi-  
lem ut volunt<sup>b</sup> Alexander Aphrodis. &  
author lib. de assuetudinibus.

51

ἡ δυσπαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος. ἡ εὐπα-  
λλωτος, εὐεξανάλωτος.

*Quod difficulter alteratur, difficul-  
ter absumitur, Quod facile apponitur  
facile absumitur.*

Sententia hæc pendet à proximè su-  
periore, qua alimētum humidum cum  
sicco in facilitate & difficultate trans-  
mutationis siue alterationis cōferebat:  
nam concoctu difficile cum facili, in dif-  
ficultate & facilitate resolutionis siue  
consumptionis, nunc rursus confert.  
Hoc modo quod difficulter alteratur



id est laudabiliter concoquitur & nutrit ut caro porcina, difficulter etiam à calore natiuo in humidum agente consumitur: quod autem facile nutrit ut vuae naturæ, & ficus, facile etiam resoluitur: quia \* caro quæ ex huiusmodi humido & molli alimento fit, mollis & laxa est. Hanc sententiam Hipp. citat & explicat Gal. in lib. 2. aph.

a Cap. 8. lib. 2. de aliment facult. de v. uis maturis. Com. in aph. 18. li. 2. aph.

ὅσοι ταχέως προδέσιος δέονται, ὑγρὸν ἵημα εἰς ἀνάληψιν, δυνάμιος χράπτον. ὅσοι δὲ ἐπὶ ταχύτερης δι' ὀσφρήσιος. ὅσοι δὲ βραδύτερης προδέσιος δέονται, τερεῆς ὀφῆ

52

*Et quicumque veloci appositione indigent, [his] humidum medicamen ad vires reficiendas optimum. At qui adhuc celeriore [indigent] per olfactum. Quicumque autem tardiore appositione opus habent, solido alimento [utantur.]*

Sicut alimenta triplicia, triplici nostræ substantiæ respondentia tenuitate & crassitie differunt, ita etiam & nutriendi celeritate. Nā quantò vnumquodque citius à nostra vincetur, eò natura



a lib de inae-  
quali intem-  
perie.

in aph. 11. li.  
2. aphorif.

§3

celerius nutrit: atqui manifestū est ex a  
Gal. doctrina, tenuiora corpora facilius  
alterari, crassiora verò difficiliora, ergo  
spiritus qui per nares attrahitur omnium  
celerrime vitales & animales vires re-  
ficiet. Deinde humidum alimentum  
quale est vinum, omnium tardissime sic  
cum vt docet etiam ipsemet Gal. in lib.  
2. aph. hunc locum Hipp. explicans.

μῦες τερεώτεροι, δυσεύτηκτοι τῶν ἄλλων,  
παρέξ ὅσους καὶ νεύρα.

*Musculi solidiores difficiliora colli-  
quescent quàm alia [partes] excepto os-  
se & nervo.*

Superius docuit alimenta tenuiora  
facilius à nostra natura vinci, crassiora  
vero difficiliora. nunc verò ob eandem  
causam partes corporis solidiores & du-  
riores vt ossa nervos & solidiores mu-  
sculos, difficiliora colliquari ait: alias ve-  
rò partes molliores, facilius. Ossis autē  
nomine, cartilagine & etiam crassiora  
ligamenta intelligit, nervi verò, appel-  
latione, molliora ligamenta, tendones,  
atque omnes alias nervosas & fibrosas  
partes.



δυσμετάβλητα τὰ γυμνασμένα, καὶ γένος αὐτὰ αὐτῶν ἰσχυρότερα τὰ ὄντος. Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ἐστὶν δυσηκτότερα.

*Quæ denudata sunt difficilè transmutantur. [et] secundum genus profectò ipsa seipsis fortiora [sunt]: propterea ipsa seipsis difficilius colliquescunt.*

Hic locus mihi admodum suspectus est, mallet enim legere non *δυσμετάβλητα* sed potius *εὐμετάβλητα* ut sit sensus, quæ partes denudatæ sunt facilius transmutantur id est alterantur & corrumpuntur. Receptum enim est apud medicos partes denudatas & aëri externo expositas, fere semper corrumpi & alterari, alias quidem celerius alias verò tardius, pro natura & temperamento ipsarum partium, quò fit ut omentum si denudatum fuerit, omniū celerrime putrescat, ex eiusdem<sup>a</sup> Hipp. atque etiā Galeni sententia. Quòd si *δυσμετάβλητα* legerimus, dicemus partes denudatas difficilime à calore nativo transmutari & regi: nam & suppurationes in partibus denudatis & aëri externo expositis

<sup>a</sup> aph. 38. lib. 6. aphorismorum.



difficilius fiunt: & caua vlcera aëri ex-  
posita difficilius replentur: & denudata  
ossa non amplius nutriuntur, sed tandē  
naturæ beneficio veluti aliena expellū-  
tur, vt quotidiana experientia docet.

πύον τὸ ἐκ σαρκός· πυώδες τὸ ἐξ αἵματος.  
καὶ ἐξ ἄλλης ὑγρασίας.

55

*Pus ex carne, puri simile ex sangui-  
ne, & ex alia humiditate.*

*a lib. de vlce-  
ribus.*

*b Cap. 26.  
lib. 5.*

*c lib. de ina-  
quali intem-  
perie com. in*

Cum Hippocrates animaduertisset,  
nullam posse fieri suppurationem sine  
erosione partiū carnosarum capacitatis  
in qua pus generatur, existimauit, meri-  
tò pus ex illa carne erosa necessario fie-  
ri, ob id enim in contusionibus suppara-  
tionem quamprimum moliri<sup>a</sup> cōsultit,  
quum noua caro (inquit) nullo modo  
generari possit antequam cōtusa in pus  
conuersa fuerit. Idem quoque videtur  
sentire<sup>b</sup> Celsus, qui scribit pus exire ex  
vlcere iam ad sanitatem spectāte, quòd  
nimirum corruptæ carnis in pus con-  
uersionem, statim sequatur nouæ gene-  
ratio, qua vlcus & repletur & ad cicatri-  
cem perducitur. Galenus tamen non  
ex carne vt Hipp. sed potius ex sangui-



ne pus fieri voluit, argumento satis leui <sup>aph. 47. li. 2.</sup>  
 ex phlegmonarum ortu desumpto, in <sup>aph. et in</sup>  
 quibus (quando in abscessum transeunt) <sup>aph. ultimis</sup>  
 sanguis (inquit) extra vasa effusus in pus <sup>li. 1. prognost.</sup>  
 conuertitur. Hippocrates autem mate-  
 riam quandam puri similem ex sangui-  
 ne & aliis humoribus fieri existimat,  
 pus vero minime. Et profecto in phleg-  
 monis nulla etiam potest fieri suppura-  
 tio sine carnis erosione, quod indicat fi-  
 nus, siue spacium inane post puris eua-  
 cuationem. Nam sanguis ille calefactus  
 & extra vasa effusus, humidam & cali-  
 dam carnem quam attingit, corrup-  
 pit, ex qua quidem carne si natura ro-  
 busta fuerit, verum pus album leue &  
 æquale nascitur, cui frequenter permi-  
 scetur aliud quid puri simile ex humori-  
 bus extra vasa effusis, ortum, quod nūc  
 ab Hipp. πυόδες appellatur.

πύον, ὅθεν ἔλκεος.

*Pus vlceri alimentum.*

Non vult Hipp. carnē in vlcere con-  
 tentam & erosam pure nutriri, quum  
 nulla corporis nostri pars ex pure ali-  
 limoniam capiat, vt etiam Galenus



a Cō. in aph.  
44. lib. 2. de  
ratione vict<sup>9</sup>  
acutorum.

testis <sup>a</sup> est. Sed quoniam vlcus dū sane-  
fcit ex carne in eodem corrupta & alte-  
rata producit pus, quod nisi diligenter  
deterfum fuerit vlcus, sua acrimonia fo-  
uet, ideo pus vlceri alimentum esse, id  
est fomentum nunc existimat.

57

πύον, ἰσοφὴ φλέβος, ἀρτηρίας.

*Pus alimentum venæ, [et] arteriæ.*

b lib. 6 de de-  
cretis Hipp.  
et plato.  
c lib. 1 de Se-  
mine.

Quoniā venæ & arteriæ partes sunt  
spermatice & albicantes, <sup>b</sup> alimento ab  
ipsis ad seminis naturam immutato nu-  
triantur necesse est, quum quælibet <sup>c</sup> no-  
stri corporis pars, ex qua primū sub-  
stantia facta est, ex eadem perpetuò nu-  
triantur, eiusmodi autē alimētum Hipp.  
nunc pus appellat propter similitudinē  
quam habet cum pure, <sup>d</sup> quod etiam à  
partibus solidis suam perfectionem ac-  
cipit.

e Pluthar. in  
questionibus  
natural.

Adde quod plerique antiquorum,  
quum philosophi, tum medici, putrefa-  
ctionis nomine coctionem frequentif-  
sime significari voluerūt. <sup>e</sup> Sic enim Em-  
pedocles aquam in vite putrefactam vi-  
num appellauit. Et Plistonius Praxa-  
goræ discipulus cibum in ventriculo



putrescere dixit vt ait <sup>a</sup> Celsus . Imo Hipp.<sup>b</sup> ipse putrefactionem pro coctione vsurpauit, quod etiam notauit Galenus, in lib. 6. Aphorismorum . Si igitur Hipp. alias putrefactionem pro coctione vsurpauerit, quid impedit quominus etiam & nunc puris nomine alimētum album leue æquale & puri quodā modo simile intelligat, quale est solidarum omnium partium & spermaticarū nutrimentum?

<sup>a</sup> In præmio lib. 1.

<sup>b</sup> lib de Affectionibus.

<sup>c</sup> Cō. in aph. 1. lib. 6. aph.

μυελὸς, ὅφη ὁ τῆς, ἀπὸ τοῦ ὅτι πωρῶται.

58

*Medulla alimentum ossis, propterea callo obducitur.*

Et si medulla ossis excrementum sit vt <sup>d</sup> Galenus & <sup>e</sup> Auerrhoes testantur, nihil impedit tamen ex eiusdem <sup>f</sup> Galeni sententia, quominus os medulla nutriatur. Nam eodem prorsus modo, sanguis hepatis excrementum dicitur: & semen testium: & lac mammarū: tamen & hepar sanguine, & testes semine, & lacte mammæ nutriuntur. Neque enim excremēta dicta sunt, quòd ita peccēt, vt sint ad nutriendum omnino inepta

<sup>d</sup> Cō. in aph. 39. lib. 5. aph.

<sup>e</sup> Cap. 7. lib. 2. colliga.

<sup>f</sup> lib. de inæquali intemperie & li. 3.

<sup>g</sup> natural. facult.



a Cap. 5. li. 6.  
meth.

sed quod sint alimenti residua benigna  
similia naturæ partium in quibus con-  
tinentur. Quod autem os medulla nu-  
triat, probat Hipp. ex generatione  
calli, qui eodem nutrimento generatur  
quo & os nutritur. At quod ex pro-  
prio ossis alimento redundat, & in la-  
bris fracturæ eiusdem ossis concrevit,  
& callum efficit, & fracta ossa congluti-  
nat, hoc autem medulla est.

59

διὸ αὖτις πάντα αὖξιν, καὶ βίαν, καὶ βλάστησιν.

*Facultas omnia auget, & nutrit,  
& germinare facit.*

Quamvis alimentum & sanitatis &  
etiam multarum affectionum quæ ani-  
mantibus accidere solent causa sit, nihil  
tamen omnino potest cum sit veluti ma-  
teria, nisi dispensetur ab aliqua efficien-  
te causa, quæ facultas & naturalis po-  
tentia dicitur. Hęc enim dum in subie-  
ctam materiam agit, generat, nutrit, au-  
get. tot enim facultas naturalis gradus  
habet: de quibus (sumpto ex hoc Hippo-  
crato argumento) copiose disputat Gal-  
lenus tribus libris de facultatibus naturalibus<sup>99</sup>



ὕγρασις, Ἰσοφῆσόχημα.

*Humiditas alimenti vehiculum.*

Sicut alimentum materia nutritio-  
nis est, & eiusdem efficiens causa natu-  
ralis facultas: ita & humiditas causa est  
sine qua, corpus nutriri non potest. Nā  
quum alimentum sua natura crassum  
sit, non potest per angustos meatus à  
partibus nutriendis attrahi, nisi admi-  
stam habuerit humiditatem cuius au-  
xilio deducatur. Vnde non solum ab  
Hipp. vt ait <sup>a</sup> Gal. sed etiam à peritissi-  
mis quibusque medicis, humiditas, cibi  
vehiculum fuit appellata. Quomodo  
autem humiditatis auxilio alimentum  
per corpus distribuatur, demonstraui  
ex professo <sup>b</sup> Gal. lib. 4. de usu partium.

<sup>a</sup> Cō. in aph.  
17. li. 3. de ra-  
tione vict.  
acut.

<sup>b</sup> Cap. 5.

F I N I S.





